DE PARO INSULA

PARS PRIMA

CHOROGRAPHIAM CONTINENS.

COMMENTATIO

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM ACADEMIA REGIA

MONASTERIENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

ET

UNA CUM SENTENTIIS CONTROVERSIS

DIE XIV. MENSIS AUGUSTI ANNI CIƆIƆCCCLXVIII

IN PUBLICO

DEFENDET

FRANCISCUS MARIA GUILELMUS BECKER,

RHENANUS.

ACCEDIT TABULA LITHOGRAPHA [I.]

MONASTERII.

FORMIS E. C. BRUNNII.

Münster 1868

„Τῷδε δ' ἐγὼν αὐτὸς θωρήξομαι· αὐτὰρ ὕπερθεν
Νίκης πείρατ' ἔχονται ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσιν."

Homer., Iliad., VII. 101 sq.

VIRO · ILLUSTRISSUMO · NOBILISSUMO

CLEMENTI · AUGUSTO

LIBERO · BARONI · DE · DROSTE · SENDEN

AMPL. • ORDIN. • MELIT. • EQUIT. • VENERAB. •

HUNC · LIBELLUM

SACRUM · ESSE · VOLUIT

FRANCISCUS · MARIA · GUILELMUS · BECKER.

PRAEFATIO.

,Paros marmore nobilis.'
Plin., h. n., IV. 67 (c. 12, s. 22).

De Paro insula quae a veteribus historiae fide et auctoritate nobis tradita sunt, diligenter perquirens, non multa a singulis auctoribus prodita reperies, eaque undique esse colligenda. Si Aristotelis liber „πολιτεῖα πόλεων ρνη'“, quo statum centum duodesexaginta rerum publicarum Graeciae aliarumque tractavit regionum, ad nos pervenisset; permulta sine ulla dubitatione accepissemus, quae ad Pariorum res describendas pertinerent. Quem nunc non exstare quo magis deploramus, Propertii verba illa de tabulis perditis recordantes:

„Ergo tam doctae nobis periere tabellae,
Scripta quibus pariter tot periere bona“ —;

eo diligentius omnes loci illi, quibus aliqua mentio inicitur de Paro insula, colligendi sunt. Sic Heraclidae Pontici fragmenta „de rebus publicis[1])“ et

---

[1]) Heraclidae Pontici, de Politiis libellus, cum interpret. latin., ed. Nic. Cragio, Lugduni Batavorum, 1670, in eiusd. opp., p. 497 sqq.

dispersi aliorum veterum auctorum loci de Paro insula, qui certo rerum disponendarum ordine sive vinculo quodam non continentur, accuratius sunt exponenda et coniungenda, ut apte inter se congruant ac veram Pariae civitatis imaginem praebeant: — Strabonis locos complures dico, Pomponii Melae[2]), Dionysii Periegetae[3]), ubi comparandi sunt et scholiastes[4]) et Eustathii Commentarius[5]), Scylacis[6]) deinde, Ptolemaei Alexandrini[7]), Solini[8]); quibus adde Stephanum Byzantium[9]), Plinium[10]), Pausaniam[11]), Herodotum, Diodorum Siculum, Thucydidem[12]), alios, quorum nomina, addita ea quam adhibuimus editione, suis quibusque locis afferemus.

Postremum permulta quae nostris temporibus de Paro insula scripserunt viri docti, minime sunt omittenda. Tournefortii opus[13]) laudamus, qui

---

[2]) Pomponii Melae, de situ orbis libb. III, curante A. Gronovio, edit. 3a, Lugduni Batavorum, 1782.

[3]) Dionysii, Periegesis, in C. Mülleri „geographi Graec. minor.," vol. II.

[4]) Scholia in Dionys. Perieg., in C. Mülleri, l. l.

[5]) Eustathii comment. in Dionys. Perieg., ibid.

[6]) Scylacis, Periplus, edit. Gronov.

[7]) Claudii Ptolemaei Alexandr., geographiae libb. VIII, graeco-latini, edit. Ger. Mercator., Amsterodammi, 1605.

[8]) C. J. Solini, polyhistor., edit. Claud. Salmasii, cum eiusdem Plinian. exercitatt. in C. J. Solini polyhistor., tom. I et II, Trajecti ad Rhenum, 1689.

[9]) Steph. Byz., s. vv. Πάρος, Κύκλας aliisque locis.

[10]) C. Plinii Secundi, natur. hist. libb. XXXVII, edit. J. Sillig., Hamburgi et Gothae, 1851—1858.

[11]) Pausaniae, Graeciae descriptio, edit. C. G. Siebelis., Lipsiae, 1822—1827.

[12]) Thucydides, edit. C. W. Krüger, Berolin., 1860.

[13]) „Relation d'un voyage du Levant," par M. Pitton de

c. a. 1700. insulam lustravit, aliosque Francogallos, quorum notissimi sunt Choiseul Gouffier[14]), Mr. de Thevenot[15]), Sauveboeuf[16]), qui omnes, quae tradiderunt, ipsi praesentes cognoverunt; accedunt, quae tradiderunt et Britannus ille Edw. Daniel Clarke[17]), et de Riedesel[18]) et van Kinsbergen[19]) Batavi illi satis noti. Magni deinde momenti aestimamus libellum quendam comitis Pasch di Krienen[20]) librumque insularum, quem scripsit Bondelmonte[21]). At multo etiam maiore ingenii vi ac sollertia usos esse nostrates puto: Ros-

---

Tournefort, Amsterdam, 1718, tome premier (lettre V), p. 75, a—79, a, — cuius verba tam accurate referam, ut ne apices quidem apponam.

14) „Voyage pittoresque de la Grèce,“ par Choiseul Gouffier, Paris, 1782, chap. IV, tom. I. p. 65—71. — Peregrinatus est in illis regionibus c. a. 1776.

15) Voyages de Mr. de Thevenot tant en Europe qu'en Asie & en Afrique, Paris, 1689, I (voyage de Levant), chap. LXVII, tom. I. p. 331 sq. — Peragravit istas regiones c. a. 1660.

16) Sauveboeuf, Reisen durch die Türkei, Persien u. Arabien, Leipzig, 1790, II. p. 191 sqq., quem libellum cognoscere non potui. Lustravit auctor insulam c. a. 1776.

17) Travels in various countries of Europe, Asia and Africa, by Edw. Daniel Clarke, II. 2, p. 400 sqq.

18) „Voyages en Sicile, dans la Grande-Grèce et au Levant,“ par M. le Baron de Riedesel, Paris, 1802, s. tit. „Remarques d'un voyageur moderne au Levant,“ chap. III, p. 260—264.

19) van Kinsbergen, Beschreibung vom Archipelagus, übersetzt von Kurt Sprengel, Rostock u. Leipzig, 1792, p. 122. Hunc quoque libellum frustra acquirere studui.

20) Breve descrizione dell' Arcipelago, del Conte Pasch di Krienen, Livorno, 1773, p. 118—126. — Lustravit insulam nostram c. a. 1770.

21) Christoph. Bondelmontii, liber insul. Archipel., edit. Lud. de Sinner, Lipsiae et Berolini, 1824, cap. 34 (p. 94 sq.). Peregrinatus est in insulis istis ineunte saeculo decimo quinto.

sium[22]), permulta uberius tractantem, quae gravissima sunt ad Parum insulam describendam, — Fiedlerum[23]), qui diligentissime et accuratissime clarissimi illius marmoris Parii lapicidinas exploravit ac descripsit, — Thierschium[24]) denique, qui singulari ingenio ac natura adiutus mira diligentia et severitate, quidquid in Paro insula insigne est, scribendo fere exhausit totique quaestioni nostrae prope iam satisfecisse videtur.

Sed hi omnes quae proposuerunt, parum intellegere videremur, si Boeckhium nostrum mitteremus, quem Thierschio etiam maiorem iudicandum esse constat. Qui et inveniendarum rerum copia et mira in componendis eis accuratione clarus, cum de aliarum civitatum tum de Pariorum rebus optime meritus, operis sui clarissimi, quod inscribitur „corpus inscriptionum Graecarum,“ variis locis, qui singuli saepius afferentur, Pari insulae inscriptiones magna diligentia collegit et enucleavit acutissime et explicavit ac tractavit egregia argumentandi subtilitate.

Iam quos attulimus auctores singulos singulas tantum quaestionis partes tractasse monemus. **Vaterus** primus plurima eaque gravissima, quae ad totam hanc rem pertinent, maxima diligentia et

---

[22]) Ludw. Ross, Reisen auf den griechischen Inseln des ägäischen Meeres, Stuttgart u. Tübingen, 1840, I. p. 44—52 (5ter Brief).

[23]) C. G. Fiedler, „Reise durch alle Theile des Königreiches Griechenland,“ Leipzig, 1841, II. p. 179—190.

[24]) Fr. Thiersch, „Ueber Paros und parische Inschriften,“ in „Abhandlungen der philos.-philolog. Classe der königl. baier. Akademie der Wissenschaften“, 1834, tom. I. vol. 12, p. 585—644.

subtilitate collegit solusque, quod equidem scio, hucusque exposuit[1]).

Cuius viri clarissimi, doctissimi hereditatem[2]) — sit venia verbis — iam cum adire coner, bene scio, quae tractaturus sum haudquaquam facilia esse nec posse transigi, nisi quis quidquid exstat veterum auctorum, quidquid scripserunt viri docti aetatis nostrae de ea re perlegerit et comparaverit: id quod supra vires est, quibus utitur tiro.

Quoniam tamen Vatero ipso monente permulta adhuc desunt et requiruntur ad exprimendam totius Pariae civitatis imaginem; periclitari quidem volui, si possem nostrae aetatis et eius novissimae quoque scriptores cum veterum auctorum fragmentis et locis, quae cognoscere mihi licuit, ita comparare, ut

insulae descriptio primum explicaretur . part. I,
deinde Pariorum res gestae enarrarentur . „ II,
tum variis civitatis condicionibus eiusque magistratibus cognitis . . . . . . „ III,
de Pariorum sacris et sacerdotibus disputaretur . . . . „ IV,
denique clarissimorum quorundam virorum, qui multum contulerunt ad insulae laudes, proponeretur memoria . . „ V.

---

1) Fr. Vater, in „Allgemeine Encyclopädie der Wissenschaften und Künste," von Ersch und Gruber, Leipzig, 1839, s. art. Paros, sect. III, pars 12, p. 281,a—299,a.

2) cf. Vater., l. c., p. 281, b.: „Um so mehr sind wir aufgefordert, Alles, was wir von Paros wissen, zu einem Ganzen zu vereinigen, um künftigen Bearbeitern dieses Gegenstandes eine feste Grundlage zu geben, auf welcher sie weiter bauen, und diesen ersten Versuch einer Monographie über Paros vervollständigen und berichtigen können."

Adiciuntur nonnulli excursus, quibus fusius

de marmore Pario	excurs.	I,
de Pariorum coloniis	„	II,
de Pari insulae condicione quae fuerit sub tempus seditionis Ionum .	„	III,
de Pariorum archontibus	„	IV,
de eorum agoranomis	„	V,
de Dionysiis	„	VI,
denique de Dioscurorum apud Parios Theoxeniis	„	VII

disserendum censuimus.

Accedunt duae tabulae lithographae.

PARS I.

CHOROGRAPHIA PARI INSULAE.

§. 1. Insulae descriptio.

a) Parus, Cycladum insularum una.

Parus, quam nunc „Paro" nominamus, una maiorum maris Aegaei insularum et una est illarum, quas, quum Delum sacram coronarent[1]), Graeci „Cyclades" vocarunt, inter Naxum (quae nunc dicitur „Naxia"), Oliarum (quae „Antiparo") et Ium (quae „Nio") insulam sita. Cyclades primo duodecim tantum (unde hodiernum traxere nomen „Dodekanisia") insulas vocatas esse accepimus, — *„κατ᾽ ἀρχὰς μὲν οὖν δώδεκα λέγονται"*, quarum nomina *Κέω*, *Κύθνον*, *Σέριφον*, *Μῆλον*, *Σίφνον*, *Κίμωλον*, *Πάρον*, *Νάξον*, *Σῦρον*, *Μύκονον*, *Τῆνον*, *Ἄνδρον* fuisse, e Strabonis verbis apparet[2]). Quodsi veterum auctorum alii non duodecim, sed minus, Mela ex. gr. undecim tantum[3]),

---

[1]) Sic optime vertit Rufus Festus Avienus (descr. orb. terr. s. metaphras. Dion. perieges., v. 704) illud Dion. Perieg., v. 525: „Δῆλον ἐκυκλώσαντο κτλ."

[2]) cf. Strab., X. p. 485 (Casaub.): „Κατ᾽ ἀρχὰς μὲν οὖν δώδεκα λέγονται· προσεγένοντο δὲ καὶ πλείους. Ἀρτεμίδωρος δ᾽ οὖν διαριθμεῖται περὶ τῆς Ἑλένης εἰπών, ὅτι ἀπὸ Θορίκου μέχρι Σουνίου παράκειται, μακρά, σταδίων ὅσον ἑξήκοντα τὸ μῆκος· ἀπὸ ταύτης γάρ, φησίν, αἱ καλούμεναι Κυκλάδες εἰσίν· ὀνομάζει δὲ Κέω, τὴν ἐγγυτάτω τῇ Ἑλένῃ, καὶ μετὰ ταύτην Κύθνον καὶ Σέριφον καὶ Μῆλον καὶ Σίφνον καὶ Κίμωλον καὶ Πρεπέσινθον καὶ Ὠλίαρον καὶ πρὸς ταύταις Πάρον, Νάξον, Σῦρον, Μύκονον, Τῆνον, Ἄνδρον, Γύαρον. τὰς μὲν οὖν ἄλλας τῶν δώδεκα νομίζω, τὴν δὲ Πρεπέσινθον καὶ Ὠλίαρον καὶ Γύαρον ἧττον." — Duodecim insulas Schol. in Thuc., I. 4 enumerat has: Πάρον, Ἄνδρον, Ἴκαρον, Ῥήνειαν, Δῆλον, Νάξον, Σίφνον, Κέω, Μύκονον, Τῆνον, Κύθνον, Σέριφον (v. infra, not. 10).

[3]) cf. Mela, II. 7, 104 sqq.: ‚Ab eis (i. e. a Sporadibus) Sicynos, Siphnos, Seriphos, Rhenea, Paros, Myconos, Syros, Tenos, Naxos, Delos, Andros, quia in orbem iacent, Cyclades dictae'.

alii vero plus duodecim[4]), Stephanus Byzantius etiam viginti quattuor, enumerant Cyclades[5]); omnes ad unum Parum insulam Cycladum insularum unam nominant.

Praeter Strabonem [cuius verba iam adscivimus] et Dionysium Periegetam [Parum quidem non nominat, numero vero Cycladum Parum quoque contineri voluisse auctorem, ex Eustathii commentario[6]) scholiastaeque verbis[7]) colligas] Parum insulam Cycladum numero adscripserunt Herodotus[8]), Stephanus Byzantius[9]), scholiastes in Thucydidem[10]), Mela[11]), Plinius[12]), Probus ad Vergilium[13]).

---

[4]) cf. Strab., l. c. (v. not. 2). — Eustath., comment. in Dion. Perieg., v. 525: „Φασὶ δὲ οἱ παλαιοὶ τὰς Κυκλάδας πλείους εἶναι τῶν ιβ' κτλ." — Schol. in Thuc., l. c. (v. not. 10).

[5]) cf. Steph. Byz., s. v. Κύκλας: „Αἴγινα, Ἄμοργος, Ἄνδρος, Ἄντισσα, Ἀσπίς, Ἀστυπάλαια, Δῆλος, Ἴκαρος, Ἶκος, Ἴος, Κάσος, (Κάσιον), Κύθνος, Μῆλος, Μύκονος, Νάξος, Νίσυρος, Πάρος, Πεπάρηθος, Σίφνος, Τῆλος, Τῆνος, Τραγίαι, Ὠλέαρος."

[6]) Eustath., comment. in Dion. Perieg., l. c.: „Ἡ Πάρος ἐξ ἧς παροιμία τὸ ἀνεπαρίασαν, ἤγουν μετεμελήθησαν. Ἐψεύσαντο γάρ ποτε ἐκ μεταμέλου οἱ Πάριοι τὰς εἰρηνικὰς ὁμολογίας, ἃς ἔθεντο πρὸς τὸν Μιλτιάδην ὡς ἐλπίσαντές ποθεν συμμαχίαν ἐν κενοῖς."

[7]) Schol. in Dion. Perieg., l. c.: „Αἱ δ' Ἀσίης· αἱ προκείμεναι Ἀσίας Κυκλάδες εἰσί. Δυτικώτεραι γὰρ αὐτῆς εὑρίσκονται. Δεδόσθω γὰρ Ἀσίαν μέχρις ἐκεῖσε διήκειν. Τὸ λοιπὸν Αἰγαίου πελάγους ἐστὶ καὶ οὐκ ἔστιν Ἀσίας. Ἐν δὲ τῷ Αἰγαίῳ αἱ Κυκλάδες πρῶται. Πρώτην δὲ αἶσαν εἶπεν· προτίμησιν γὰρ εἶχον ὑπὲρ τὰς ἄλλας εἰς τὰς ἐν Δήλῳ ἐτησίους θυσίας. Ταύτας τὰς Κυκλάδας ἐπῴκησαν οἱ Ἀθηναῖοι καὶ ἡγήσαντο τῶν μὲν εἰς Κέων Θερσιδάμας, εἰς δὲ — — —, εἰς δὲ Πάρον Κλύτιος καὶ Μέλας, κτλ."

[8]) Herodot., V. 31: „— — Νάξον — — Πάρον καὶ Ἄνδρον καὶ ἄλλας τὰς Κυκλάδας καλευμένας."

[9]) Steph. Byz., l. c. (v. not. 5).

[10]) Schol. in Thuc., l. c.: „Κυκλάδων — — — εἰσὶ δὲ κατά τινας ιε' αὗται· Πάρος, Ἄνδρος, Ἴκαρος, Σκύρος, Ῥήνεια, Ῥήνη, Δῆλος, Νάξος, Σίφνος, Κέως, Μύκονος, Τῆνος, Κύθνος, Ἄμοργος, Σέριφος. κατὰ δέ τινας ιβ' πλὴν Ῥήνης καὶ Σκύρου καὶ Ἀμόργου."

[11]) Mela, l. c. (v. supra, not. 3).

[12]) Plin., l. c., IV. 67 (cap. 12, sect. 22) [postquam antea, ibid., 65—67 (cap. 12, sect. 22) ceteras enumeravit Cyclades Andrum, Ceum, Tenum, Myconum, Siphnum, Seriphum, Prepesinthum, Cythnum, Delum, Rhenen, Syrum, Naxum, Olearum —]: ‚Paros cum oppido ab Delo XXXVIII mil. — — — ab ea [i. e. a Paro] VII MD [„septem milibus quingentis" cod. Leidens.] Naxus etc.'

[13]) cf. Prob., comment. in Verg. Georg., III. 25: ‚Paros insula est Cyclas in Aegeo mari etc.'

b) De situ insulae.

Parus igitur, Cycladum una, Plinio[14]) auctore XXXVIII mil. pass. distat a Delo insula sacra, ad septentriones sita. Ab oriente est Naxus, quam VII CIƆIƆ pass. a Paro distare affirmanti Plinio adstipulatur Tournefortius[15]). Ad occidentem sita est Olearus s. Oliarus, cuius **portus** a portu Pari insulae distat VII CIƆCCL pass. (58 stadd.) **ipsa** vero **insula** a Paro insula non II CIƆCCL pass. (18 stadd.), sed CIƆ pass. (8 stadd.)[16]). Parus igitur inter Delum, Oliarum,

---

[14]) Plin., l. c. (v. not. 12).

[15]) Tournefort., l. c. p. 79, b: „— le trajet (scl. in Naxum insulam) du port d'Agousa (qui est à la pointe Septentrionale de Paros) n'est que de neuf milles, & le canal en ligne droite n'a que six milles de large; ainsi Pline a fort bien marqué la distance de ces deux Isles à sept milles cinq cens pas." — Thevenotius, l. c., p. 331 (v. not. 24) ab utroque vix dissentit.

[16]) cf. Heraclid. Pontic. ap. Steph. Byz., s. v. 'Ωλίαρος: „νῆσος τῶν Κυκλάδων μία, περὶ ἧς 'Ηρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ νήσων οὕτω φησίν. 'Ωλίαρος, Σιδωνίων ἀποικία, ἀπέχουσα Πάρου σταδίους νη.'" Sic legit Westermannus comprobante Aldina, ubi legitur „πεντήκοντα ὄκτω". C. Palatinus vero uterque legit „ιη'", idem legunt Rehdigeranus, Vossianus, assentiente Meineckio, Parisiensis „μη'". Nihil igitur proficimus Vaterum sequentes, qui [l. c., p. 282, b, not. 21] rescribendum esse censuit hoc loco „ιη'", quippe quod, quantum distarent ipsae insulae, tradidisse Heracliden probabilius esset. Qua coniectura probabiliorem alteram adicere ipse V. D. (l. c.) iam sibi visus est hance: ‚Wahrscheinlich jedoch ist η' (8) das Richtige, und man hat wol nach Belieben die Zehner ergänzt. Da nämlich acht Stadien grade eine französische oder englische Meile betragen, so stimmt dies genau mit den neuern Berichten.' Adeatur praeterea de hac re Tournefortius, l. c., p. 75, a: „— le canal (scl. inter Parum et Antiparum) n'ait qu'un mille de large — —;" cui consentiunt Clarkius, l. c., p. 414: „The channel between the two islands (Parum dicit et Antiparum) is not more than a mile wide — —" et Pasch di Krienen, l. c., p. 127: „— ora Antiparos s'appella, forse perchè opposta a Paros verso libeccio, donde si separa per mezzo d'un Canale della larghezza di un miglio e mezzo." Omnino igitur reicienda est scriptura „ιη'", qua probabiliorem censemus coniecturam Vaterianam, quae est „η'". At tantum abest, ut mss. istam lectionem prorsus falsam vel Vateri coniecturam putemus maxime esse probabilem, ut Heracliden, **quantum distarent insulae**, alia ratione mensum esse credamus. Gravius enim mehercle veteres, rebus nauticis studiosissimi, habebant, **portus insularum quantum distarent**, didicisse. Quare Heracliden quoque, quanto intervallo disiuncti essent portus Pari et Anti-

Siphnum, Ium et Naxum sita, Cycladum insularum australium una, circulo s. parallelo tertio, quem enumerat Plinius[17]), tribuenda est. Gradus quos dicimus si quaeras, insula patet in 37° 8′ latit. sept., atque inter 42° 30′ et 43° longit. orient.[18]).

c) De ambitu insulae.

Non situm solum Pari insulae, sed eiusdem etiam ambitum Plinius definit tradens: „Patet (scl. Naxus) circuitu LXXV mil. p. dimidioque maior est quam Paros[19])“. Quodsi **Parus Plinio auctore dimidio minor est quam Naxus,** cuius circuitum aestimavit auctor LXXV vel LXXX (mss. Dalecamp.) mil. pass.; Pari insulae ambitum XL vel L mil. pass. [8 vel 10 mil. geographicorum quae dicunt] esse, facillime enucleari potest. Nec aliud vel mihi vel aliis[20]) per-

pari insularum, ad ipsas insulas retulisse, sumere non vetamur. Quod si statuamus, Aldinae scriptura vulgata „νη′ (58)“ a Westermanno rectissime servabatur. In quam vide quam belle quadrent, quae corrigendi caussa suis ipsius verbis adiecit Tournefortius. „Car bien que le canal,“ l. c. ait, „n'ait qu'un mille de large, on en compte six ou sept du port d'Antiparos à celui de Paros. (Errat Clarkius l. c. adiciens: „— but it is two leagues from the port of Antiparos to that of Paros.“) C'est cette distance qui nous persuada qu' Antiparos est l'Isle que les anciens ont connuë sous le nom d'Oliaros: on n'en peut pas douter sur un passage qu'Etienne le Geographe nous a conservé du Traité des Isles d'Heraclide du Pont, qui fait d'Oliaros une colonie de Sidoniens, & qui place cette Isle à environ (LVIII stad.) sept milles de Paros, distance qui répond tout à fait à celle de nôtre trajet.“ Nimirum septem mil. pass. vel septies octona stadd. sunt 56 stadd., qui numerus proxime accedit ad „νη′“.

[17]) cf. Plin., l. c., VI. 214 (cap. 34, sect. 39).

[18]) cf. van Kinsbergen, l. c., p. 122. — Pasch di Krienen, l. c., p. 118: ‚La sua posizione è ne' gradi 44,24 di long. e 37,4 di lat.‘ — Rectissime Vater., l. c., p. 282, b, not. 16 adnotavit: ‚Wenn Pausanias IX. 22. 6 (5) sagt: Ἐν Νάξῳ τῇ ὑπὲρ Πάρου κειμένῃ, so betrachtet er Naxos von Hellas aus.‘ Nam eiusdem dicendi rationis exempla ex eodem auctore collegimus haece: VI. 23,4; VII. 4,1; X. 1,1 (duo); 36,1; similia, licet ex Athenis dicta: IX. 4,3; 32,4; 34,5.

[19]) cf. Plin., l. c., IV. 67 (cap. 12, sect. 22).

[20]) Erravit J. Sillig. [in indic. rer. s. v. Paros (vol. VIII p. 143, a)] dicens: „Paros insula cum oppido, Naxo dimidio maior —“, quod peccatum ei commune est cum Fiedlero (l. c., II. p. 180) referente: „Die Insel [Paros] ist eine der grösseren, und Plinius schreibt, sie sei noch einmal so gross als Naxos.“

suaserunt ea, quae a recentioribus qui insulam lustraverunt de ea re sunt relata. Tournefortius Stephani Byzantii verba[21]) perperam interpretatus insulam nominat „la plus grande, selon Etienne le Geographe, & la plus puissante des Cyclades[22])“, Plinio vero assentiens luculentius de ambitu insulae disserit sic: „Pline a bien marqué la grandeur de l'Jsle de Paros en assurant qu'elle n'est que la moitié de celle de Naxos, à la quelle il donne 75 milles de tour: sur ce pied-là Paros n'en doit avoir que 36 ou 37 mesure ordinaire de gens du pays[23]).“ Quo etiam accuratius mensus est insulam Thevenotius, patere eam affirmans circuitu L mil. pass.[24]).

d) De forma insulae.

Forma insulae ad ovatam speciem proxime accedit. Latissime enim patet insula ab occidente in orientem c. X mil. pass. [2 mil. geogr.], a septentrionibus in meridiem XV mil. pass. [3 mil. geogr.], ut pars superior cadat inter Delum, Myconum et Naxum, pars inferior meridiem versus inter Siphnum et Ium ad Pholegandrum spectet. [v. tabul. I].

Ex qua insulae forma nomen quoddam insulae, quod omnino ei respondet, depromptum putaverim, quae res, ut varia insulae nomina aggrediamur, nos monet.

---

[21]) Ephor. ap. Steph. Byz., s. v. Πάρος: „Πάρον δὲ εὐδαιμονεστάτην καὶ μεγίστην οὖσαν τότε τῶν Κυκλάδων κτλ.“ Quae verba nisi ad opes insulae referas, quae effloruerint tempore expeditionis Miltiadis contra Parios susceptae, equidem non intellego, quid sibi velit quod adiecit vocabulum „τότε“.

[22]) cf. Tournefort., l. c., p. 75, a.

[23]) cf. id., l. c., p. 77, b.

[24]) cf. Thevenot., l. c., p. 331: „Environ à six milles loin de Nixia est l'Ile de Paro, jadis Paros, qui a trois châteaux, plusieurs villages, un bon port pour toute sorte de vaisseaux, de belles Eglises & plusieurs Prêtres et Moines Grecs; elle a cinquante milles de circuit. Il y a environ six mille ames.“ Erravit Pasch di Krienen, l. c., p. 118 de Paro insula scribens: „— ed ha 80 miglia di circuito“; nam etiam Naxo insulae sane maiori eundem tribuit numerum, l. c., p. 60 de Naxo disserens: „— e con miglia 80 circa di circonferenza“.

§. 2. De variis insulae nominibus.

Nam quod multis et urbibus et insulis accidit, ut non uno sed pluribus notarentur nominibus, idem Parum expertam legimus, quae novem nomina habuisse dicitur.

1) Platean, *Πλατεῖαν*, quondam Parum nominatam esse, Plinius affirmat, addens, primum istud insulae fuisse nomen[1]); quod ex ovata insulae forma depromptum videri, modo extremis ut dicunt digitis attigimus.

Cetera insulae nomina ex Nicanore enumeravit Stephanus Byzantius[2]): „*Νικάνωρ δὲ ἐν ταῖς μετονομασίαις κεκλῆσθαί φησιν αὐτὴν Πακτίαν, Δημητριάδα, Ζάκυνθον, Ὑρίαν, Ὑλήεσσαν καὶ Μίνωαν καὶ Κάβαρνιν, ἀπὸ Καβάρνου τοῦ μηνύσαντος τὴν ἁρπαγὴν τῇ Δήμητρι τῆς θυγατρός*".

2) Omisit igitur Nicanor Platean nomen, substituit vero aliud *Πακτίαν*. Quod nomen quum explicari nequeat, Meinekius[3]) et Vaterus[4]) ex *Πλατεῖα* id esse corruptum suspicari maluerunt, quam Salmasianam amplecti coniecturam, quae est *Ἐπακτίαν*, quippe quod — ut hoc strictim adiciam — nomen hoc insulae tribuisse veteres, parum probabile sit. Quod quidem fieri potuisse cur morosius neges etsi sane non est, tamen certam vel evidentiam vel probabilitatem istae coniecturae tam diu non habent, quam diu alia in promptu est non minus commoda aut etiam commodior. Parum enim insulam Dioscorides quum nominet „*νήσων αἰπυτάτην ἱερῶν*[5])" recentiorumque qui insulam lustraverunt testimonia de Pari insulae oris praecipitibus optime in eam rem quadrent[6]); novum quiddam conicere periclitati sumus pro

---

[1]) cf. Plin., l. c., IV. 67 (cap. 12, sect. 22): „— Paros cum oppido, — — —, quam primo Platean, postea Minoida vocarunt."

[2]) Steph. Byz., s. v. Πάρος.

[3]) Meinekius ad Steph. Byz., l. c. (vol. I. p. 507, 9).

[4]) Vater., l. c., p. 283, a et ibid., not. 27.

[5]) cf. Dioscorid., epigr. 23 in Brunck., anal., I. p. 498.

[6]) Erhard., Fauna der Cykladen (Leipzig 1858), p. 9, ubi Cyclades maiores constare affirmat „aus einer plutonischen Centralmasse" et „den diese umkleidenden Wänden der Flötze", de ea re sic disserit: „In Folge der gehobenen Centralmassen sind die sie umkleidenden Wände der

Πακτίαν rescribentes „*Ἀκτίαν*". Quae coniectura si magis tibi placeret, hoc nomine, quod derivandum est a vocabulo *ἀκτή* (ora praeceps s. praerupta) et eadem quidem ratione, qua Atticae nomen illud *Ἀκταία* urbisque illius Acarnaniae *Ἄκτιον*, significaretur insula „oris praeruptis". Quod si sua se virtute commendet, bene est: sin minus, nostra coniectura ut maiorem ineat gratiam non optamus.

3) Nomen tertium *Δημητριάς* cum Cereris apud Parios cultu iam antiquissimis temporibus maxime vigente coniungendum et inde derivandum esse, opportuno loco tangemus[7]), ubi fusius eximium cultum Cereris tractabimus in Paro insula florentem, quam deam hanc insulam circumfluam tenere, hymnus canit Homericus in Cererem[8]).

4) Ex eodem Cereris cultu petendum est nomen insulae *Κάβαρνις*. A Cabarno, qui Cereri raptum filiae indicavit eamque ob rem a dea ipsa sacerdos primus in Paro insula constitutus est, cuius sacerdotii honorem posteri eius acceperunt, insulam Cabarnidem dictam esse, quum Nicanor ipse tradiderit; nunc nihil adiciendum habemus, luculentius eam rem alio loco[9]) tractaturi.

Flötze und ihrer metamorphischen Gesteine grösstentheils in's Meer gestürzt; — — sei es, dass dies bereits durch den mächtigen Druck der centralen Hebung allein erfolgt, sei es, dass die Zeit und spätere Bewegung (die, wie das Beispiel von Santorin lehrt, im Cykladenarchipel noch nicht beendigt sind,) verbunden mit den Auswaschungen der neptunischen Thätigkeit, diese Entkleidung der Flanken jener Centralmassen allmälig bewerkstelligt hat. Nächste Folge dieser Thatsachen sind zwei für den Cycladenarchipel characteristische Erscheinungen. Erstens fallen alle grössere Inseln mit steilen Wänden, die aus Urgestein bestehen, ins Meer; zweitens findet man immer in ihrer Nähe kleine Felstrümmer, die als eben so viele unbedeutende Riffe oder höchstens als eine Viertel Meile im Umfange haltende Inselchen um sie gruppirt sind, und welche nur aus Sedimentärgestein bestehen, daher offenbar als herabgestürzte Seitenwand der grösseren Insel zu betrachten sind." — Fiedler., l. c., II. p. 180: „Man kann die Insel als ein mächtiges Marmorgebirge schilderen u. s. w." — Ross., l. c., I. p. 52: „Der Höhenzug — — lauter Marmorgebirge — — geht durch die Insel von Norden nach Süden u. s. w."

[7]) v. part. IV. § 1.

[8]) cf. Hymn. Homer. in Cerer. (V.), v. 490 sq.

[9]) v. part. IV. § 1.

5) Nomen *Ὑλήεσσα* eadem ratione explicandum videtur, qua Teni insulae nomen antiquum *Ὑδροῦσσα* interpretati sunt ipsi veteres auctores[10]. Depromptum igitur esse crediderim nomen istud ex silvis, quibus insula pristinis saltem temporibus vel abundasse vel excelluisse videtur[11]. Etenim simillimam rationem atque etiam manifestiorem habes, qua Zacynthum, maris Ionii insulam illam silvosam, quam „nemorosam Zacynthon“ nominat Vergilius[12], Homerus appellavit „*ὑλήεσσαν Ζάκυνθον*[13]“. Quodsi aliarum insularum ad nos pervenerunt sive nomina sive cognomina alia, quae a terra solique natura ducenda esse constat[14], Pari insulae nomen Hyleessa non aliter ac Zacynthi insulae cognomen a silvarum vel abundantia vel pulcritudine eximia petitum esse, non alienum videtur esse a probabilitate vel adeo veritate.

6) Ad quam terrae solique naturam etiam referendum est nomen *Ζάκυνθος*. Homericorum carminum laudibus Zacynthus pervulgabatur insula silvosa *κατ' ἐξοχήν*. Iam si Paro insulae propter silvarum vel abundantiam vel pulcritudinem Silvosae tribuerant nomen; pro magna Zacynthi famae celebritate facillime fieri potuisse consectarium est, ut istius

---

10) cf. Steph. Byz., s. v. Τῆνος: „— — ἐκλήθη καὶ Ὑδρόεσσα διὰ τὸ κατάῤῥυτον εἶναι κτλ.“ — Eustath., comment. in Dion. Perieg., v. 525: „ἦν δὲ (scl. ἡ Τῆνος) — — ὕδασι κατάῤῥυτος, διὸ καὶ Ὕδρουσα ἐκλήθη κτλ.“ — Plin., l. c., IV. 65 (cap. 12, sect. 22): „Tenos — quam propter aquarum abundantiam Aristoteles Hydrussam appellatam ait“. — [Idem nomen Coo insulae, licet nullam adiecerit caussam, tribuit Heraclid. Pontic., de Polit., fragm. 9 (edit. cit., p. 516)]. Eadem ratione Icari insulae nomen ‚Ichthyusa‘ explicat Heraclid. Pontic., l. c., fragm. 40 (edit. cit., p. 540): „Ἴκαρος ἡ νῆσος Ἰχθυοῦσα ἐκαλεῖτο διὰ τὸ κάλλος τῶν ἐν αὐτῇ γινομένων ἰχθύων.“ — cf. Athen., I. 30, D: „ἐκαλεῖτο δὲ ἡ Ἴκαρος πρότερον Ἰχθυόεσσα διὰ τὸ ἐν αὐτῇ τῶν ἰχθύων πλῆθος, ὡς καὶ Ἐχινάδες ἀπὸ τῶν ἐχίνων, και Σηπιὰς ἄκρα ἀπὸ τῶν περὶ αὐτὴν σηπιῶν, καὶ Λαγοῦσσαι νῆσοι ἀπὸ τῶν ἐν αὐταῖς λαγωῶν κτλ.“

11) v. infra, § 8, B.

12) Verg., Aen., III. 270.

13) cf. Homer., Odyss., I. 246; IX. 24; XIX. 131 etc.

14) cf. Athen., l. c. (v. not. 10). — Homer., Odyss., I. 186; III. 170; IV. 671 et 845; I. 247; IV. 607 (Verg., Aen., III. 272); I. 93; II. 214; 326; 359 etc.

insulae non solo cognomine, sed ipso nomine notaverint Parum insulam silvosam [15]).

Pervenimus ad duo alia insulae nomina explicanda, quae quin ex rebus gestis manaverint, non potest ambigi.

7) Quod ad nomen insulae *῞Υρια* attinet, Vateri sententiam non amplectimur. Suspicatur[16]) enim haec: „Drittens verbürgt diese Nachricht (de Cretensium colonia in Parum insulam deducta) nicht nur der Name Minoa, der an und für sich deutlich genug spricht, sondern auch der andere Hyria, von dem ich absichtlich bisher geschwiegen habe. Diesen Namen finden wir nämlich in Böotien [17]) und an der italischen Küste in Japygien [18]) wieder. Hierher, heisst es, wurden die Kreter nach dem Tode des Minos verschlagen und gründeten die Stadt Hyria [19]). Eine andere Sage lässt wiederum den kretischen Idomeneus Hyria gründen [20]), woraus es klar wird, dass der alte Name von Paros auch auf kretischen Ursprung deutet u. s. w.“. At cave nomina illa Hyriae urbis in Boeotia, Hyriae urbis in Iapygia aliaque eius generis, qualia ex. gr. Hyriae lacus in Aetolia, ad Cretenses solos referas! Sed tamen, ut quid sen-

---

[15]) Eadem ratione nomen Ζάκυνθον Delo insulae quoque, ut auctor est Steph. Byz., s. v. Δῆλος, fuisse crediderim.

[16]) cf. Vater., l. c., p. 290, a et b.

[17]) [Parvum oppidum quoddam prope Aulidem ad Euripum flumen situm;] cf. Homer., Iliad., II. 496; [Eustath., comment. in l. c.; Strab., IX. p. 404 coll. 408 (Casaub.)].

[18]) [Inter Tarentum et Brundusium.]

[19]) cf. Herodot., VII. 170: „ὡς δὲ κατὰ Ἰηπυγίην γενέσθαι πλώοντας, ὑπολαβόντα σφέας χειμῶνα μέγαν ἐκβαλέειν ἐς τὴν γῆν. συναραχθέντων δὲ τῶν πλοίων (οὐδεμίαν γάρ σφι ἔτι κομιδὴν ἐς Κρήτην φαίνεσθαι), ἐνθαῦτα Ὑρίην πόλιν κτίσαντας, καταμεῖναί τε, καὶ μεταβαλόντας ἀντὶ μὲν Κρητῶν γενέσθαι Ἰήπυγας Μεσσαπίους, ἀντὶ δὲ εἶναι νησιώτας, ἠπειρώτας.“ — Raoul Rochette, Hist. des colonies Grecques. T. II. p. 177 sq. [Strab., VI. p. 282 (Casaub.) Herodoto auctore refert, Hyriam esse „κτίσμα Κρητῶν τῶν πλανηθέντων ἐκ τοῦ Μίνω στόλου τοῦ εἰς Σικελίαν“.]

[20]) cf. Varro in tertio rerum humanarum ap. Prob. ad Verg. Eclog., VI. 31 [in Varron. fragm., p. 205 edit. Bipont., 1788]: ‚Idomeneus e Creta, oppido Lyctio pulsus — Locros appulit — ibique possedit aliquot oppida et condidit, in queis Uria etc.‘ [cf. Verg., Aen., III. 121 sq. coll. III. 400 sq. — cf. Strab., VI. p. 281 coll. 279 (Casaub.).]

tiam paucis declarem, Vatero liberaliter concedo hoc unum, prorsus incredibile non esse, Cretenses Parum insulam notare potuisse nomine isto Hyria, quippe quod Cretenses quondam Parum insulam occupavisse, aliis docemur testimoniis[21]). Sed haec hactenus.

8) Pari insulae nominum pristinorum omnium longe notissimum est id, quod Stephano Byzantio auctore etiam Amorgo et Siphno insulis quondam fuit[22]), nomen dico *Μινώα*. Paro insulae nomen istud bis tribuit Stephanus Byzantius[23]). Plinius Parum „Minoida" appellat, addens, nomine eo insulam posteriore tempore esse vocatam[24]). Solinus eam „Minoiam" dicit[25]). Quae omnia unum idemque esse nomen, satis elucet, eaque a Minoe, fabuloso illo Cretensium rege, ducenda esse non ambigimus, quum iam primis temporibus imperium eum in Cyclades insulas protulisse, satis pervulgatum sit, ut Parios quoque imperio eius subiectos fuisse, optimorum auctorum comprobetur testimoniis[26]).

In Laconia, sinui Argolico vicinus portus (et promontorium) erat, qui vocabatur Minoa, ut auctor est Ptolemaeus[27]), licet nomen a Minoe ducendum esse non tradiderit. Ipsius Cretae insulae in ora septentrionali sitas ubi enumerat Ptolemaeus urbes, „*Μινώα*" commemoratur urbs[28]), postquam paullo antea in eiusdem insulae ora orientali situm dixit portum, cui nomen fuerit „*Μινῴα λιμήν*[29])". Accedit urbis Cretensis commemoratio „*Μινῴα ἡ Λυκτίων*" apud Strabonem[30]), quam num eandem habeamus, quam urbem Cretae insulae illam, quae a Plinio nominatur „Minoium[31])", haere-

[21]) v. part. II. § 2, g.

[22]) cf. Steph. Byz., s. v. Μίνῳα.

[23]) Steph. Byz., ibid. et s. v. Πάρος.

[24]) cf. Plin., l. c., IV. 67 (cap. 12, sect. 22) (v. supra, not. 1).

[25]) cf. Solin., polyhistor., XI (edit. cit., I. p. 22, G): „Marmore Paros nobilis — —: prius tamen Minoia quam Paros dicta etc."

[26]) v. part. II. § 2, g in.

[27]) Ptolem., III. 16 (edit. cit., p. 89).

[28]) cf. Ptolem., III. 17 (edit. cit., p. 91), s. tit. „Βορείας πλευρᾶς περιγραφή".

[29]) cf. id., ibid., s. tit. „'Ανατολικῆς πλευρᾶς περιγραφή".

[30]) Strab., X. p. 475 (Casaub.).

[31]) cf. Plin., l. c., IV. 59 (cap. 12, sect. 20).

mus. Quae nomina omnia a Minoe rege ducenda esse, cum ex ipsius nominis similitudine conicias tum certo doceris Diodori testimonio. Qui ubi luculentius disserit de Minois thalassocratia, quam dicunt, Cyclades insulas Minos quondam imperio quum tenuisset, portus earum *Μινῴας* esse dictos, affirmat his ipsis verbis: „*τῶν δὲ Κυκλάδων νήσων τὰς πλείους κατῴκισε, καὶ τοῖς λαοῖς κατεκληρούχησεν· (οὐκ ὀλίγην δὲ καὶ τῆς Ἀσίας τῆς παραθαλαττίου κατέσχε.) Διόπερ ἐν ταῖς νήσοις, (ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν Ἀσίαν) τὰς ἐπωνυμίας ἔχουσι Κρητῶν λιμένες καὶ αἱ Μίνῳαι καλούμεναι*[32])." Quo Diodori testimonio generaliter illud tradentis multo graviora sunt, si fides auctori est tribuenda, quae de Pari insulae nomine isto retulit Solinus, unde petierint nomen et quamdiu usurpaverint, simul explicans. Adicit enim, ubi Parum prius Minoiam quam Parum dictam esse affirmavit[33]): „nam subacta a Minoe, quoad in Creticis mansit legibus, Minoiam loquebantur."

9) Restat, ut ultimum insulae nomen, quod unum per multa saecula ad nostra pervenit tempora, paucis persequamur verbis, nomen dico *Πάρον*. De quo Stephanus Byzantius scribit haec: „*Πάρος, νῆσος, ἣν (ἣν) καὶ πόλιν Ἀρχίλοχος αὐτὴν καλεῖ ἐν τοῖς ἐπῳδοῖς . ᾠκεῖτο δὲ τὸ μὲν πρῶτον ὑπὸ Κρητῶν καί τινων Ἀρκάδων ὀλίγων . τοὔνομα μὲν λέγεται ἀπὸ Πάρου τοῦ Παῤῥασίου, ἀνδρὸς Ἀρκάδος, ἔχειν, ὡς Καλλίμαχος . Νικάνωρ δὲ κτλ. ὁ πολίτης Πάριος· εἰκῇ τοίνυν τὸ ἐθνικὸν τῆς Πάρου ὁ τεχνικὸς Ἀπολλώνιος Παριανὸς εἴρηκεν ἐν τῷ περὶ παρωνύμων οὕτω γράφων· ʽτοῦ δὲ δευτέρου παρὰ τὸ Ζυγὸν Ζυγιανὸς καὶ παρὰ τὴν Πάρον Παριανός, Λεοντιανός, Ταυριανόςʼ . κτλ.* [34])" Nomen igitur insulam a Paro Arcade duxisse, Callimachus auctor est. Certe Arcades quondam insulam occupave-

---

[32]) cf. Diodor., V. 84. — cf. Meursius, Creta, III. 3. — Simillime de Minoae, Siciliae urbis, nomine Herclid. Pontic., l. c., fragm. 28 (edit. cit., p. 532) tradidit haec: „Μινώαν τὴν ἐν Σικελίᾳ, Μακάραν ἐκάλουν πρότερον· ἔπειτα Μίνως ἀκούων Δαίδαλον ἐνταῦθα μετὰ στόλου παραγεγονέναι, καὶ ἀναβὰς ἐπὶ τὸν Λύκον ποταμὸν τῆς πόλεως, ταύτης ἐκυρίευσε, καὶ νικήσας τοὺς βαρβάρους, ἀφ' ἑαυτοῦ προσωνόμασεν αὐτήν, νόμους Κρητικοὺς θεὶς αὐτῇ."

[33]) cf. Solin., l. c.

[34]) cf. Steph. Byz., s. v. Πάρος.

runt. Stephano enim eiusque auctori statim iungendus est Heraclides Ponticus tradens; „Πάρον τὸν νῆσον ᾤκισε Πάρος Ἀρκαδίας λαὸν ἄγων · κτλ.[35])“ De quibus quoniam iterum dicendum infra[36]) est, ea significare tantum hoc loco, necdum persequi liceat. Monuisse sat est, Parum Arcadum ducem re vera vixisse, non esse, cur necessario obtineas. Nam satis pervulgatum est, Graecos nomen parentis vel conditoris fingere esse solitos ex ipsius civitatis vel coloniae nomine[37]). Id ex Paro nomine eo facilius fieri potuisse putaverim, quod, Arcades quo tempore, quo duce Parum occupaverint, non talibus comprobatur veterum auctorum testimoniis, qualibus fides abrogari nequeat. Nihilosecius perspicimus, vetustissimum nomen illud fuisse, siquidem refertur ad Arcadum coloniam, idque maxime pervulgatum, quum Iones insulam occupantes nec detraxerint nomen istud nec novum nomen insulae imposuerint.

Sed ut finis sit huic quaestioni, nomina insulae antiquissima, quibus aliquamdiu, nisi a poetis unum alterumve esse fictum putas, vel ipsi incolae vel vicini eorum vulgo utebantur — quam rem nunc minime licet diiudicare — ea fuisse

[35]) cf. Heraclid. Pontic., l. c., fragm. 8 (edit. cit., p. 514).

[36]) v. part. II. § 2, h.

[37]) Nec lectori nec bonis chartis parcere nolo exemplis eius rei congerendis, quae in promptu sunt centena: sed de nonnullis tamen exponam maxime idoneis ad persuasionem, quibus probetur, quantopere studuerint Graeci ex terrae nomine nomen fingere parentis. Sic Naxos insula nomen duxisse fertur a Naxo, Carum duce (cf. Diodor., V. 51. — Eustath., comment. in Dion. Perieg., v. 525.), Tenos a Teno, qui coloniam ibi condiderit (cf. Eustath., l. c. — Steph. Byz., s. v.), Myconos a Mycono, Aeneae filio (cf. Steph. Byz., s. v.), Melos a Melo, Phoenicum principe (cf. Eustath., comment. in Dion. Perieg., v. 530. — Festus, s. v. — Obloquitur Thuc., V. 84,3; 89,1; 106 coll. 104 sq. — Conon., narrat. 36 [in histor. poetic. scriptt. antiqu., Paris. 1675, p. 278].), Andros ab Andro, Anii vatis filio (cf. Conon., narrat. 41 [edit. cit., p. 285].) sive ab Andreo (cf. Pausan., X. 13,3.), Rhadamanti duce, qui insulam a Rhadamanto accepisse dicitur, (cf. Diodor., V. 79.) sive ab Andrieo, Ananii filio (cf. Steph. Byz., s. v.), sive „ab Andro quodam“ (cf. Eustath., comment. in Dion. Perieg., v. 524 sub fin.), Lesbos a Lesbo, Lapithae filio, qui illuc migraverit oraculo iubente (cf. Diodor, V. 81.), Icarus ab Icaro, Daedali filio (cf. Strab., XIV. p. 639 (Casaub.). — Heraclid. Pontic., l. c., fragm. 40 (edit. cit., p. 540). — Pausan., IX. 11,4.).

videntur, quae a terrae solique natura ducuntur, Plateae nomen dico, et Actiae (Pactiae), Hyleessae, Zacynthi, item ea, quae ad Cereris Cabarnique cultum referuntur; tum quae a Cretensibus aut indita huic insulae, aut ab eis petita fuerint; Pari denique nomen, quod unum ex antiquissimis temporibus ad inferiora adeoque nostra manavit.

§. 3. **De insulae portubus.**

Quamquam ovatam supra diximus universam quidem insulae formam, orae eius multiplicibus eisque egregiis ornantur portubus[1]). In quos cum veteres rebus navalibus studiosi naves appellere solebant tum novissimo saeculo classes maximae invehebantur, quippe qui ad multitudinem navium sint idonei. [v. tabul. I].

Scylax[2]) duos commemorat Pari portus „*Πάρος λιμένας ἔχουσα δύο*", quorum alter sit egregius „*ὧν τὸν ἕνα κάθιστον*[3])" vel, quod magis placet quodque iam placuit Gronovio[4]), quorum alter sit clausus „*ὧν τὸν ἕνα κλειστόν*[5])". En omnia, quae a veteribus de Pari portubus tradita sunt.

1) Quaeritur, quinam sint portus illi duo. Certe melior et tutior eorum ille erat. quem Scylax dicit *κάλλιστον* vel *κάθιστον* vel *κλειστόν*. Quam laudem portus si amplectimur, a Scylace quin significetur portus qui est in ora insulae septentrionali situs, non ambigimus, portus scilicet, qui nunc nominatur

---

1) cf. Ross., l. c., I. p. 52: ‚Die ganze Ostküste von Paros ist voll kleiner Häfen'. — Choiseul Gouffier, l. c., p. 66: „L'île de Paros offre de tous côtés des abris sûrs aux bâtimens. On mouille sur toute la côté, & plusieurs Ports sont susceptibles de recevoir les Escadres les plus nombreuses." — Clarke, l. c., p. 401: „This island is surrounded by harbours etc.".

2) Scylac., peripl., p. 49 sq., edit. Gronov.

3) Sic vulg. lect., quam servavit Conr. Mannert., Geographie der Griechen und Römer, Leipzig 1822, vol. VIII (lib. 3, cap. 6), p. 752.

4) Is. Voss. scribendum censuit „κάλλιστον"; perbene Gronovius scripsit „κλειστόν".

5) Maluit hoc etiam Vater., l. c., p. 283, a.

Naussa[6]) sive Agousa[7]). Linguae enim duae in mare eminentes portum efficiunt eumque fere claudunt, cuius rei testis est van Kinsbergen, qui portum dicit clausum[8]). Bonum praeterea eum dicunt idoneumque ad multitudinem navium recentiores qui lustraverunt insulam, ut Russi eum delegerint universae classis stationem[9]). Quam ad rem quum accedat,

---

[6]) Sic Vater., l. c.

[7]) Varia eius a recentioribus enumerantur nomina: Aussa, Nausa, Agousa, Agusa, Agosa, Naussa; cf. Clarke, l. c., p. 400, not. 1.

[8]) cf. van Kinsbergen, l. c., p. 126.

[9]) cf Fiedler., l. c., II. p. 181: „Ein vorzüglich guter, grossartiger Hafen ist am nördlichen Ende der Insel und heisst Agousa — — und ein kleines Dorf Naussa dabei.“ — Id., l. c., II. p. 189: „Am Hafen Agusa, in der Nähe der dort befindlichen Gebäude, die man Naussa und von ihnen oft den ganzen Hafen Porto Naussa nennt, kommt ein starker Quell hervor u. s. w. Dieser Hafen ist gut, geräumig und leicht zu vertheidigen, in ihm lag einst die ganze russische Flotte.“ — Ross., l. c., I. p. 45: „— — Hafen von Naussa an der Nordspitze der Insel —“, „ein weiter und sicherer Hafen“ — „in welchem alle Flotten der Welt Platz haben.“ — Pasch di Krienen, l. c., p. 125: „Il maggiore e più sicuro è quello di Naussa verso Settentrione, atto a contenere qualunque grande Armata, dimorandovi attualmente quella dei Russi. Ivi i lor Comandanti hanno fatto erigere ospitali, magazzini, forni ed altre fabbriche, non meno che delle forti batterie per difesa. Nell' interno di esso si contengono poi tre piccoli scogli, muniti anche questi di altre batterie.“ — Id., l. c., p. 122: „Dinanzi Naussa si vede quel gran suo Porto ove attualmente è l'Armata Russa.“ — Clarke, l. c., p. 400 sq.: „This (Naussa) is the principal port for large vessels; — — — This island is surrounded by harbours and that of Naussa alone is said to be capable of containing at hundred vessels.“ — Choiseul Gouffier, l. c., p. 66: „Celui (i. e. „le Port“) de Naussa est le plus vaste & le plus commode. J'en donnerai le Plan.“ Luculentius deinde l. c., p. 70 sq., adiecta charta portus (l. c., tab. XXXV), describit portum, munitiones, quas Russi ibi fecerant, aggeresque tormentarios, quos iecerant, naturam portus maxime laudans: „Les Russes avoient choisi avec raison le Port de Naussa, pour en faire l'entrepôt de leurs forces. Moins vaste que celui de Milo, il réunit tous les avantages, par sa situation au milieu des Cyclades, qu'il peut contenir ou protéger, par sa forme qui le rend facile à défendre; enfin par l'île de Paros, qui offre des secours pour l'établissement des troupes. J'en ai fait lever le plan avec le plus grand soin. Tous les ouvrages des Russes y subsistoient encore. De nombreuses batteries en défendoient l'entrée etc.“ — Nec minime credibile est, eundem hunc portum intellegere Thevenotium, l. c., p. 331 scribentem: „— — un bon port pour toute sorte de vaisseaux“ (v. supra, § 1, not. 24). — Tournefortius portum quidem

ut in medio Archipelago tutus iste pateat portus, quanti eum aestimaverint veteres, facillime perspicitur, ut Scylacem eiusdem portus mentionem fecisse simillimum veri sit.

2) Portus alter, quem commemorat Scylax, quis fuerit, diiudicare non licet. Fiedlerus item duos tantum insulae commemorat portus [10]), quorum alterum dicit portum Naussae vici, alterum situm prope **Paroikiam** urbem [11]), licet Thierschius eum stationem navium (Rhede) tantum vocaverit [12]). Mannertius [13]) autem Scylacis verba illa, quae ad portum „Naussa" solum referri posse non ambigimus, ad hunc portum in parte occidentali situm refert, „bei dem die einzige Stadt Parus liege". Errat V. D.; nam portus iste nec erat nec est portus bonus nedum clausus. Portum alterum, de quo nunc est quaestio, Mannertius portum „Drios" esse suspicatur, et possis id saltem approbare, quoniam nonnulli scriptores infra citandi bonum hunc esse, Rossius vero, Tournefortius, Bondelmontius portum ad Paroikiam urbem aut parvum parvisve tantum navibus accommodatum esse dicunt, aut paucissimis verbis eius mentionem faciunt [14]). Sed contra ea Pasch di

---

commemorat, l. c., p. 79, b: „— — du port d'Agousa qui est à la pointe Septentrionale de Paros" —, sed iam antea eum nec tutiorem nec meliorem nominavit portu „St. Maria". — Mannert., l. c., p. 753 parvi portus cuiusdam in ora septentrionali insulae siti mentionem facit, a Ptolemaeo s. nom. Sunii Promontorii destinati, cui nomen hodiernum sit Agousa s. Naussa.

[10]) cf. Fiedler., l. c., II. p. 181: „Die Insel hat zwei Häfen — —".

[11]) cf. Fiedler., ibid.: „Jene Häfen sind der bei der Stadt Parkia, er hat beim Eingange zwei Untiefen und ist nicht besonders gut, er steht den Südwestwinden völlig offen, gegen die übrigen gewährt er Schutz, es überwintern jedoch auch öfter grosse Schiffe hier."

[12]) cf. Thiersch., l. c., p. 590.

[13]) Mannert., l. c., p. 752. Certe reprehendendus videtur V. D., quod adiecerit: „er heisst jetzt St. Maria". Spectat enim portus St. Maria inter septentriones et solem orientem, comprobantibus qui insulam lustraverunt recentioribus.

[14]) Ross., l. c., I. p. 47 portum quendam commemorat, ad quem columna sit ex Aesculapii fano vicino, ut portum ad Paroikiam intellexisse videatur. — Tournefort., l. c., p. 75, a: „Nous débarquâmes au port du château de Parechia — —". — Id., l. c., p. 78, a: „Le port de Parechia n'est que pour de petits bâtimens." — Bondelmonte, l. c., 34 (p. 94): „— Paron castrum habetur cum molo atque parvo portu." — At eundem

Krienen portum „St. Maria" alterum insulae portum dicit[15]). Portus igitur alter a Scylace commemoratus quisnam fuerit, magna in dubitatione versatur. Tamen si id sequimur, quod probabile videatur esse, non est diffitendum, commendari Fiedlerianam sententiam, ut portus alter is habendus sit, qui prope Paroikiam est urbem. Etenim, licet concedat Fiedlerus vadosum ibi esse mare, licetque syrtes periculosum reddere portum affirmet van Kinsbergen[16]); Parum tamen veterem conditam hoc ipso loco quondam fuisse quum comprobaturi infra simus, portum prope caput insulae situm auctorem veterem non neglexisse eo maiorem habet probabilitatem, quod eiusdem portus mentionem fecisse videtur Stephanus Byzantius, ubi Miltiadem Parum obsidentem urbem terra marique clausisse narrat[17]).

3) Complures praeterea insulae portus commemorantur a recentioribus, qui lustraverunt insulam. Inter quos portus **„St. Maria"**, cuius nomen portui ad Paroikiam tribuens erravit Mannertius, optimus esse videtur. In insulae ora orientali situs hic portus in extrema parte septentrionali insulae patet, a portu Naussa angusta lingua in mare eminente seiunctus. Fiedlerus mentionem eius non fecit, nec exstat eius nomenclatio apud Rossium. Non satis tutum portum esse, Choiseul Gouffier contendit[18]), cui haud scio an fides maior sit tribuenda, quam Pasch di Krienen, qui animadvertere sibi visus est, portum ad naviculas tantum idoneum esse[19]).

---

et maiorem esse et meliorem praedicat Pasch di Krienen, l. c., p. 125: „Finalmente verso Ponente è il Porto di Parchia, spazioso ed atto per ogni gran Bastimento."

[15]) Pasch di Krienen, l. c., p. 125: „Jl secondo Porto è quello di S. Maria verso Levante in faccia a Naxia, capace solamente per legni minori."

[16]) van Kinsbergen, l. c., p. 123.

[17]) cf. Ephor. ap. Steph. Byz., s. v. Πάρος: „Πάρον — — καθεζόμενος ἐπολιόρκει (Μιλτιάδης) πολὺν χρόνον τῆς θαλάττης εἴργων κτλ."

[18]) cf. Choiseul Gouffier, l. c., p. 66: „Au levant & en face de Naxia, est le Port de Sainte-Marie; il est moins sûr que celui de Tréo, situé plus au midi."

[19]) cf. Pasch di Krienen, l. c., p. 125 (v. not. 15).

Unus est Tournefortius, qui optimum insulae portum eum nominat, et opportuna et tuta natura insignem [20]).

4) Quo non multo peiorem dixerim portum quartum, qui nominatur **Drios** s. Drio s. Treo s. Treon s. Trio. Locus aquationi opportunus, portus iste parvus [21]) inter ortum brumalem et meridiem spectat. Fiedlerus eum non commemorat. Pasch di Krienen non habuit, cur bonum diceret portum [22]), Mannertius contra non sine caussa opportunum eum nominat [23]), quem tutum dicat Choiseul Gouffier [24]). Consentiente Rossio [25]) Tournefortius, licet stationis quoque navium nomen eidem imponat, portum bonum laudat, ubi Turcarum classis singulis annis appelli solita sit [26]).

---

[20]) cf. Tournefort., l. c., p. 78, a: „Sainte Marie est le meilleur port de l'Isle, la plus grande flotte y peut mouiller en sûreté & plus commodément que dans celui d'Agousa, qui en est tout près.“ Haec scribens, Rossii revolvo librum saepissime laudatum: ecce locus, ubi de Pari portu quodam scripsit auctor. Quem licet portum „St. Anna“ nominaverit, tamen, quum eum contra Naxum urbem positum esse et haud procul a portu „Naussa“ inter septentriones et orientem solem patere, ex ipsius quae subiungam verbis perspiciam, eundem portum intellegendum esse non dubito, quem alii dicunt „St. Maria“; cf. Ross., l. c., II. p. 33 (epist. 16 a): „— — und ankerten schon nach drei Stunden im Hafen der h. Anna an der Nordostküste von Paros, gerade der Stadt Naxos gegenüber. Nachmittags besuchten wir — — — im Hafen von Nausa u. s. w.“

[21]) cf. van Kinsbergen, l. c., p. 123. — Pasch di Krienen, l. c., p. 125: „Il terzo (scl. Porto) è verso Austro nominato Trio o Treos. Ivi è una fecondissima sorgente di acqua perfetta di cui i Russi si provedono l'estate. Questo Porto non è molto praticabile nell' Inverno per ragione di burrasche.“

[22]) cf. Pasch di Krienen, l. c. (v. not. 21).

[23]) cf. Mannert., l. c., p. 752: ‚Der andere, ebenfalls sehr gute, liegt an der südlichsten Einbucht, er heisst jetzt Porto Trio.‘

[24]) Choiseul Gouffier, l. c., p. 66 (v. not. 18).

[25]) Ross., l. c., I. p. 51: „— — Hafen von Drios (Not.: „Der höchste Berg von Naxos, jetzt Zia genannt, heisst bei Diodor. V. 51 Δρίος“ [nomen appellativ. ὁ s. τὸ δρίος scl. ὕλης, quod montem illum a densitate arborum, quibus consitus fuerit, accepisse non ambigimus].) an der Südostküste der Insel, wo ehedem die türkische Flotte bei ihrer alljährlichen Umfahrt durch das ägäische Meer ihre Station zu nehmen pflegte u. s. w.“

[26]) cf. Tournefort., l. c., p. 78, a sq.: „On estime fort celui [i. e. le port] de Drio (ou Treon), où l'armée Turque ordinairement vient jeter ses ancres. La rade de Drio, qui est à la partie occidentale [? sibi ipsum non constare vel potius errare auctorem, vides ex eis quae sequun-

5) Quibus duobus portubus quintus interiectus est portus parvus, quem rectius dicas stationem navium. In ora enim orientali insulae parvus prope pagos *Κεφάλου* patet sinus, qui a vico vicino cognomini nomen duxit **Marmora** s. Marmara. Quod nomen unde petendum sit, diiudicare difficile est. Auctor est Rossius, vicum nomen traxisse a creberrimis saxis columnisque marmoreis circa eum dispersis[27]. At vero quum creberrima veterum temporum monumenta per totam insulam passim iaceant, nescio huic uni vico cur nomen tribuerint a monumentis talibus ductum. Equidem crediderim, portum istum primum nominatum esse Marmora, posteriore tempore Marmara, eumque inde nomen traxisse, quod, ut Vateri amplectar coniecturam[28]), Parii olim non aliter ac nostra aetate marmor ibi imposuerint in naves. Quod quidem a vero non abhorrere, facilius etiam infra apparebit, ubi exponemus, portum hunc clarissimis illis marmoris Parii lapicidinis omnium unum proximum esse. Quodsi inter recentiores, qui peragraverunt insulam, Rossius satis pervulgatum sumit illud, egere Parios et rhedis et plaustris[29]); Tournefortius ea egestate omnium vehiculorum Parios cogi affirmat certissimis verbis, ut ea ducti nunc non eisdem lapicidinis, quibus veteres, uti soleant, sed ut marmor, quod ex illius regionis lapicidinis exciderint, in portum istum deductum in naves imponant, quibus id et exportent et Paroikiam transmittant[30]). — Nec Rossius nec Choiseul Gouffier

---

tur verbis] de l'Isle, laisse Naxie à son levant, & Nio à son midi. Le plus oriental des deux écueils qui sont au milieu de cette rade n'a qu' environ 500 pas de long; & l'autre en a près de 800. Les armées y donnent fond, et le sud-ouest est le traversier."

27) cf. Ross., l. c., I. p. 51: ‚Besonders in Marmara, das daher seinen Namen hat, finden sich viele alte Baustücke und Säulentrümmer u. s. w.'

28) cf. Vater., l. c., p. 283, a.

29) cf. Ross., l. c., I. p. 13 (epist. 2 a): ‚— dass man auf den griechischen Inseln keine Wagen und Karren kennt, darf ich wohl als Ihnen bekannt voraussetzen.'

30) cf. Tournefort., l. c., p. 77, b: „On se sert aujourd'hui du marbre des carriéres de ce quartier-là & sur tout de celles de Marmara, d'où on l'apporte par bateaux à Parechia: au lieu que celui des anciennes carriéres n'y peut venir que par charroi, voiture fort rare dans les Isles."

nec Clarkius hunc portum nominant, quamquam universe portum etiam in hac insulae ora situm ab eis commemorari, ex eorundem auctorum verbis supra positis [31]) colligas. Fiedlerus portum eum in ora orientali insulae situm vix in transcursu nominat [32]), quem Bondelmontius portum piratarum dicit [33]).

§. 4. De insulae montibus, iugis et lapicidinis.

A) Insula interior montuosa est: „νήσων αἰπυτάτην“ eam nominat Dioscorides in epigrammate quodam [1]), „Paria iuga“ commemorat Ovidius [2]). Cuius rei testimonia apud veteres auctores perpauca eaque dispersa tantum exstare, si deploramus; recentiores qui insulam lustraverunt omnes uno ore consentiunt, continuum montium dorsum esse universam insulam interiorem: Choiseul Gouffier [3]) dico, Thierschium [4]), Rossium [5]), Fiedlerum [6]). Quod iugum praeruptum esse, praeter nostrae aetatis scriptores iam comprobavit Vergilius. Marpesum enim commemorans, eius iugi

---

[31]) v. not. 1.

[32]) cf. Fiedler., l c., II. p. 189.

[33]) Bondelmonte, l. c., 34 (p. 94) (v. § 4, not. 14).

[1]) cf. Dioscorid., epigr. 23 in Brunck., anal., I. p. 498.

[2]) Ovid., Amor., I. 7, 52: „Caeduntur Pariis qualia saxa iugis.“

[3]) Choiseul Gouffier, l. c., p. 66: ‚L'intérieur de l'île est rempli de montagnes.‘

[4]) Thiersch., l. c., p. 594: „Das Innere der Insel füllt ein zusammenhängender Bergrücken u. s. w.“

[5]) Ross, l. c., I. p. 52: ‚Der Höhenzug — lauter Marmorgebirge — geht durch die Insel von Norden nach Süden, die höchste Bergspitze im südlichen Theile derselben mag an 2500′ sich erheben.‘ [v. tabul. I.]

[6]) Fiedler., l. c., II. p. 180: „Man kann die Insel als ein mächtiges Marmorgebirge schildern; denn es ragen kahler, als auf irgend einer der Kykladen, die aussen weisslich grauen Berge empor und bieten nicht einmal Nahrung für Ziegen u. s. w.“

montem unum, cuius accepimus nomen, Marpesiam cautem dicit [7]).

Mons iste **Marpessus** [8]) s. Marpesus [9]) s. Marpessa [10]) s. Morpessa [11]) clarissimus dicebatur locus, ex quo excidebatur marmor illud Parium, omnium marmoris generum unum insignissimum. Quo nomine [quod idem esse ac nomen, quo hodie utuntur „Kapresso" s. „Capresso", videtur] veteres notasse montem unum, inter omnes fere viros doctos constat. Quorum vero quum de ipso monte, cui vetus illud

---

[7]) cf. Verg., Aen., VI. 470 sq.:

„Nec magis incepto voltum sermone movetur
Quam si dura silex aut stet Marpesia cautes."

Ad quem locum Serv. adnotat, comment. in Vergil.: „Dura silex saxi est species; generalitas enim esse non potest, sequente specialitate. Nam ‚cautem Marpesiam' Parium lapidem dicit." At, licet probabilis sit, nec prior ista intellectio s. synecdoche, nec vero altera, quam Servius vult, hoc nostro loco bella aut iusta videtur. Depingit poeta Didonis habitum dolore elinguis: „als wenn dastände ein harter Quarz oder Marpesischer Felsen." Quem habitum ut depingeret, poeta imaginem non petiit a marmore duro, sed a monte saxoso, marmoreo, praerupto, non movendo. Silicem acutam idem, Aen., VIII. 233 praeruptam Aventini partem dicit; simili autem quadam nostrae illi utitur imagine a Caucaso praerupto petita, qua depingat Aeneam immobilem sese precibus Didonis ostendentem, Aen., IV. 365 sqq.:

„Nec tibi diva parens, generis nec Dardanus auctor,
Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus Hyrcanaeque admorunt ubera tigres."

Nec vero sine exemplo illud ipsum est, de quo loquimur. Sic, ne multus sim in re aperta, Arnobius Vergilium imitans imaginem habitus elinguis petit a rupe Marpesia; cf. Arnob., adv. nation., II. 60 (p. 160, edit. Hildebrand.): „Ita ille sensurus est, quamvis ei pateant aures, an aliquid dicas an aliquid quaeras, an tibi ab sese responderi aliquid postules, et non stipes ut aliquis aut Marpesia, ut dictum est, rupes stabit elinguis et mutus etc."

[8]) cf. Prob., comment. in Verg. Georg., III. 25: ‚Paros insula est Cyclas in Aegaeo mari, in qua mons est Marpessos, unde marmor exciditur candidum, ut ipse Vergilius in [Aen.] VI. [471] Marpessiam cautem vocat.'

[9]) cf. Serv., comment. in Verg. Aen., VI. 471: ‚Marpesos (al. Marpessos s. Marpessus) enim mons Pari (al. Parse s. Parsesi s. Pariae) est insulae.'

[10]) cf. Steph. Byz., s. v. Μάρπησσα· „ὄρος Πάρου ἀφ' οὗ οἱ λίθοι ἐξαίρονται." — Ross., l. c., I. p. 49. — Thiersch., l. c., p. 590 sq.

[11]) cf. Fiedler., l. c., II. p. 189.

nomen ponendum sit, aliqua videatur esse dissensio[12]); primum quidem hoc certum potest haberi, in ea insulae regione illum fuisse, in qua veterum lapicidinae potissimum reperiantur; deinde qui mons nunc Kapresso vocatur, ab eis olim Marpesson esse dictum, quem Pasch di Krienen et Bondelmontius optime describunt; fieri autem potuisse, ut ad totum etiam iugum, in quo deinceps multae lapicidinae exstabant, idem nomen transferretur. Ex eis quae sequuntur, satis elucebit, inter Paroikiam et eum portum, qui Marmora appellatur, praeruptum montem nitido fere colore esse, cui illud nomen primo inditum fuisse veri est simillimum. Ex montium colore vicinum pagum *Λευκὰς* nominaverunt, quem Pasch di Krienen Lefches vocat, quode dicetur opportuno loco.

Nascitur magnum continuumque montium iugum prope Paroikiam urbem. Inde in mediam insulam assurgens ad dorsum planum redit. Hinc orientem versus circa *Κεφάλου*

[12]) Vater., l. c., p. 283, b montem nomine isto notavit prope portum ‚Marmora‘ eminentem, lapicidinis veteribus clarum. — Eundem montem nomine claro signandum esse, censuit Tournefort., l. c., p. 77, a: „Il est très-vraisemblable, que la montagne où est cette caverne est le mont Marpese, dont Servius et Etienne le Geographe ont fait mention.“ — Quibus non adversatur Pasch di Krienen, l. c., p. 123: „A mezza strada tra Parchia e Lefches sulla diritta e abbasso una montagna avvi una grotta, ove in basso rilievo sono scolpite in marmo diverse figure antiche.“ — Id., l. c., p. 124: „La Montagna poi, al sentimento di alcuni, dovrebbe essere il monte Marpese, di cui Servio e Stephano Geografo fanno menzione“.— Id., l. c., p. 124 sq.: „Più innanzi, verso Austro vedesi la famosa Montagna di Capresso che sopravanza in altezza ogn' altra di quei contorni; da essa scaturiscono diversi fiumicelli che vanno sino al Mare. Fra quelle rupi verso Austro Scirocco esiste ancora la ricca rinomata cava di quei finissimi marmi Parj, non solamente bianchi (che hanno una candidezza particolare) ma altresì colorati con bellissime macchie e vene, i quali sono stimati e considerati per tutto il Mondo.“ — Aliquam dubitationem res habere videtur Fiedlero, l. c., II. p. 189, num hunc montem an alium prope eum occidentem versus situm monasterio „Agia Minna“ vicinum nomine isto vocet. — Ross., l. c., I. p. 49 omne dorsum planum in media insula patens Marpessum dicit. — Thiersch., l. c., p. 590 nomine isto notat iugum illud, „welches sich nordöstlich von der Hauptgebirgsmasse im Innern der Insel ablöst.“ — Recte, quamquam brevissime, Bondelmontius, l. c., 34 (p. 94) eundem locum, atque Pasch di Krienen, sic describit: „Carpesus, mons sublimior aliis cum scaturiginibus aquarum et fluminum exundatione.“

τὰ χώρια s. *χώρια τοῦ Κεφάλου* dorsum paullatim decurrit in planitiem late pulchreque patentem [13]), inter septentriones vero et orientem solem altius eminet et sinistrorsus se flectit in portum „Marmora", ubi praeruptum in mare procurrit promontorium, quod dicitur *Κεφάλος* [14]), in quo arx illa erat cognominis, quam fortissime contra Turcas defendisse praedicatur Venieri ille nobilis [15]).

Redeamus in mediam insulam. Hinc, a dorso plano valde magno, vallibus interiectis, alterum se flectit iugum in septentriones, ad orientem deinde paullulum vergit et relicto portu, qui dicitur Naussa, ad oram septentrionalem prominet, ubi in mare alterum procurrit promontorium, quod Ptolemaeus Sunium promontorium dicit [16]). Ex altera parte iugum in portum Naussam decurrit et occidentem versus paullatim ad planitiem redit, ut inde a portu Naussa usque ad Paroikiam urbem campi exstent longe lateque patentes [17]), in quos decurrunt ex ipso dorso medio valles istae latae frugiferae [18]).

Inde ab eodem dorso plano in media insula inter ortum brumalem et meridiem spectantes montes assurgunt, assurgunt praeterea colles ex planitie illa circa *χώρια τοῦ Κεφάλου* regionemque efficiunt in parte insulae ad meridiem vergente montuosam valde magnam. Valles ibi si quae sunt, magis in altitudinem deprimuntur, quam late patent. Nudae prominent cautes praeruptae, quarum summum cacumen II CIↃIↃ pedd. eminere dicitur [19]), ut non iniuste insula sterilis haberi possit.

---

[13]) cf. Fiedler., l. c., II. p. 182. — Ross., l. c., I. p. 51. — Thiersch., l. c., p. 591. — Bondelmonte, l. c., 34 (p. 94 sq.). [v. tabul. I.]

[14]) cf. Bondelmonte, l. c., 34 (p. 94 sq.): „Coram autem Naxos Cephalo oppidum in monte habetur, cuius ascensu tanta est facultas, quod coelum tangere videtur. In quo quidem ex laborioso itinere macilentae nimis et rugosae anus usque verticem convalescentes sarcinam sine sudore conducunt etc. Ad orientem portus piratarum videtur et ibi campus per totum extenditur maximus." [v. tabul. I.]

[15]) v. part. II. § 27.

[16]) cf. Ptolem., III. 15 (edit. cit., p. 88): „— Πάρου νήσου ἡ πόλις καὶ τὸ Σούνιον αὐτῆς ἄκρον." — cf. eiusd., ibid., tabul. decim. Europae. [v. tabul. I.]

[17]) cf. Ross., l. c., I. p. 45. — Thiersch., l. c., p. 594.

[18]) cf. Thiersch., l. c., p. 591. [v. tabul. I.]

[19]) cf. Ross., l. c., I. p. 52 (v. not. 5). [v. tabul. I.]

B) Via patefacta est. Nunc accedi ad alteram huius quaestionis partem potest, quae est de **lapicidinis** clarissimi marmoris Parii. Perpauca a veteribus de Paro insula tradita esse, non ignoramus. Nec fere minus latet, marmor Parium, quod omnium marmoris generum unum optimum ac candidissimum praedicando auctores inter se certavisse videntur, unde exciderint veteres, tantopere neglexisse auctores, ut ne hoc quidem ad nos pervenerit, quonam loco mons iste fuerit clarissimus Marpessus. Itaque de lapicidinis marmoris Parii quae iam collecturi sumus, ex recentiorum qui insulam lustraverunt scriptorum libris sumpsimus, Rossium [20]) dico, Thierschium [21]), Fiedlerum [22]) imprimis, quem auctorem gravissimum sequi eo minus dubitavimus, quod in eo litterarum genere omnis versatus est. His praemonitis ipsam aggredimur rem, quam pertexentes discemus, non solum, lapicidinas omnes in parte superiore insulae ad septentriones vergente esse, verum etiam ea loca omnia, unde marmor illud clarissimum ad aedificia exstruenda pariter atque ad statuas pulcerrimas quasque sculpendas adhibendum exciderint veteres.

I) A Paroikia urbe si discesseris, CIↃCCL pass. (1/2 Stunde) orientem versus progressus [23]), ad Elytan rivum pervenies [24]). Quem si transieris, vallem ingredieris, quam ille flexibus obliquis pererrat, CIↃIↃCCCLXXV pass. (3/4 Stunde) in longitudinem patentem [25]). Vallis haec, quae a septentrionibus porrigitur in meridiem, „λάκκοι“ (cava, die Löcher) dicitur s. „λάκκος“ (cavum, die Grube). Hinc paullum ascendens conspicaris inter montes praeruptos lapicidinas magnas, quae a valle nomen duxerunt „Lakkosbrüche [26])“. Thierschius affirmat, eas insulae esse lapicidinas maximas [27]), contra Fied-

---

[20]) Ross., l. c., I. p. 49 sq.
[21]) Thiersch., l. c., p. 590 sq.
[22]) Fiedler., l. c., II. p. 183 sqq.
[23]) cf. Fiedler., l. c., II. p. 183. — Ross., l. c., I. p. 49.
[24]) cf. Ross., ibid.
[25]) cf. Thiersch., l. c., p. 590.
[26]) cf. Fiedler., l. c., II. p. 183. — Thiersch., l. c.
[27]) cf. Thiersch., l. c.

lerus eas lapicidinas veteres nominat[28]), nomen illud lapicidinis vicinis sane multo maioribus (v. infra Nr. III) vindicans. Hiant istae lapicidinae, ecclesiae cathedrali comparandae, lateribus praeruptis CC vel IↃ pedd., puteumque efficiunt in vallem patentem. Fundus fragmentis obrutus est, excisae magnae dispersae sunt marmoris partes, aliae paratae, aliae nondum perfectae, „man könnte sofort die Arbeit alsobald wieder beginnen[29]).“ Quarum lapicidinarum marmor, nota media[30]), purum est, candidum, licet colore nunc subflavo nunc subcaeruleo, Marpessi marmore quidem vilius, sed durum, quod facillime poliri potest, „sodass ihm nur der von Carrara gleichsteht;“ colorem enim candidum praeterea servat, non flavescit, ut plurima genera marmoris candidi. Cuius quum partes maximae excidi possint eaeque purissimae, columnis, epistyliis vel statuis maximis sculpendis, propylaeis aedificiisque exstruendis utile est. Lapicidinas igitur istas [quarum quae ad occidentem se flectunt, bene dispositae sunt, paullulum vero collapsae, quae ad orientem vergunt[31])] exstare, unde veteres marmor exciderint, quo architecti maxime utebantur, probabile videtur[32]).

II) A quibus lapicidinis veteribus CIↃCCL pass. (½ Stunde) si progressus es orientem versus, circa monasterium „Agīa Minna[33])“ regio scatet marmore candidissimo, puris-

---

[28]) cf. Fiedler., l. c.

[29]) cf. Thiersch., l. c.

[30]) Ross., l. c., dicit „grobkörniger Art“.

[31]) Consentit Thiersch., l. c.

[32]) Secuti sumus auctorem Fiedlerum, l. c., cui assentitur Ross., l. c. — Thiersch., l. c., p. 591: „Aus den Eingeweiden des Gebirges wurde hauptsächlich jene Bevölkerung von Marmorstatuen mit jenen Säulenwäldern der hellenischen Tempel und Hallen gezogen, welche die Länder um das Mittelmeer bedeckten.“

[33]) Monasterium „Agīa Minna“ (s. „des heiligen Mimas“ [cf. Thiersch., l. c., p. 591] s. „des h. Minas“ [cf. Ross., l. c., I. p. 49 coll. Tournefort., l. c., p. 77, a; 78, b]) positum est Rossio, l. c., auctore II CIↃIↃ pass. (1 Stunde) haud procul a lapicidinis laudatis „auf dem flachen Rücken des eigentlichen Marmorberges Marpessa.“ Recte ad omne hoc iugum vetus illud nomen proferri ac fortasse iam olim prolatum esse videtur. Sed qui mons primus sic est appellatus, ab isto loco in orientem vergit, ubi altiores etiam praeruptique montes ascendunt pulcerrimumque marmor

simo, statuis sculpendis aptissimo. At agri isti sunt privati, quam ob rem marmor non exciditur [34]) nec umquam excidebatur.

III) Inde ad orientem si processeris CCCCXX circ. pass. (10 Minuten), maximae patent insulae lapicidinae, quas duas internovit Fiedlerus [35]).

a) Ex quarum lapicidinarum alteris, septentriones versus vergentibus, marmor exciditur optimum, pulcerrimum, candidissimum. Vides ex angustis qui exstant cuniculis [quos veteres egisse videntur, „damit die deckende Bank sich ohne Unterstützung halte,“] marmorisque excidendi modo universo, veteres ibi excidisse marmor. „Die Alten hatten der besten Bank edelste Stelle gefunden.“ Nam egregium est marmor, licet puras parvas tantum partes excidere potuerint. Hoc igitur marmore veteres sculptores usos esse probabile est ad minores statuas faciendas, „von etwa 5′ Höhe“, Amoris dico, Psyches [36]), vel ad partes tantum statuae sculpendas, cuius reliquae partes erant ligneae, qualem statuam Cereris dico Erinnyos alteramque Cereris Lusiae in agro Thelpusio ad Ladonem flumen in Arcadia [37]).

b) Lapicidinae alterae, in meridiem spectantes, primum in orientem vergunt, deinde paullatim in septentriones se flectunt [38]). Cuniculi hic late patent. Marmoris, quod „blendend weiss und fast durchschimmernd“ est, partes maximae excidi possunt. Vides ex eo, quod permultum excisum est marmor, abusos esse veteres his lapicidinis, unde marmor excidebant ad clarissimas quasque statuas sculpendas, quae

---

[v. infra No. IV] excidebatur et antiquis et posterioribus temporibus; cf. Tournefort., l. c., p. 77, a. — Pasch di Krienen, l. c., p. 124. — Bondelmonte, l. c., 34 (p. 94). — Fiedler., l. c., II. p. 189.

[34]) cf. Fiedler., l. c., II. p. 184.

[35]) Fiedler., l. c., II. p. 185, quem de his lapicidinis disserentem sequi iuvat. — Idem intervallum notant Ross., l. c., I. p. 49 et Riedesel., l. c., (chap. III) p. 263.

[36]) cf. Ross., l. c.: „Eine Viertelstunde ostwärts von hier (dem Kloster des h. Minas) sind in einer kleinen Schlucht die Brüche oder vielmehr Stollen, aus denen man den feinsten Marmor zu Büsten und Statuen gewann.“

[37]) v. excurs. I. § 5, 16.

[38]) cf. Fiedlerum, l. c., II. p. 186 has lapicidinas describentem.

tanta erant praestantia, tanta venustate, ut spirare viderentur, ut non homines solum, sed ipsi dii eas admirari dicerentur. Quarum lapicidinarum cuniculi quum subterranei sint, etiam veteres marmor excidere non potuerunt, nisi lucernis adhibitis. Exstant eius rei testes in his ipsis cuniculis duo loci non sine ratione effossi, in quibus seposuisse veteres quas ad marmor excidendum adhibebant lucernas, dubitatione vacat. Marmoris igitur harum alterarumque, quas iam descripturi sumus, lapicidinarum quum partes maximas quidem easque purissimas lucernis tantum adhibitis excidere liceat, quod purissimum, candidissimum et admodum pellucidum laudant auctores; huic marmori nomen vindicandum esse „lapis lychnites“ s. „λίθος λυχνεύς“, tanta doctrinae copia auctoritatisque ubertate ex Plinii quae de origine nominis fecit verbis demonstravit Fiedlerus, ut contra dici nequeat. Quam quidem rem, quoniam spatii aliquantum poscere videtur, alii huius scriptionis loco [39]) reservandum esse duximus.

IV) Alterae igitur lapicidinae, e quibus a veteribus probabile est marmor excisum esse id, quod dixerint lapidem lychniten, inde distant c. CCCCXX pass. (10 Minuten) [40]) orientem versus, ubi paullulum assurgunt montes [41]). Ex cavo mediocriter longo et amplo [42]), cuius in latere septentrionali clarissimum Adamantis illud exstat toreuma, testante quae subscripta ad nos pervenit inscriptione, Nymphis dedi-

---

[39]) v. excurs. I. § 7.

[40]) Fiedlero auctore lapicidinae hae a Paroikia urbe distant „30 Min. + 30 Min. + 10 Min. + 10 Min.“, i. e. c. III CIↃIↃCCL pass. (1½ Stunde). Iam Ross., l. c., I. p. 49 quum lapicidinas commemoret magnas prope monasterium St. Minae, quae absint a Paroikia urbe „1¾ Stunde“, quum Tournefort., l. c., p. 76, b sq. intervallum idem notet „trois milles et un mille au delà;“ utrumque easdem intellegere lapicidinas, quarum commemorant cavum amplum, probabile est. — cf. Thiersch., l. c., p. 590. — Choiseul Gôuffier, l. c., p. 70 affirmat, inde ab his lapicidinis fossam factam exstare, quae porrigatur usque ad Naussam, unde navibus marmor exportatum esse suspicatur.

[41]) Auctorem secuti sumus Fiedlerum, l. c., II. p.187 sq.

[42]) Ross., l. c., I. p. 49 sq. de cavo disserit, ex quo, qui visitet lapicidinas, intret in concavas cuniculorum altitudines sublucanas. — cf. Tournefort., l. c., p. 77, a.

çatum[43]), angustis cuniculis[44]) in orientem vergunt magnae lapicidinae, in quibus item, ut marmor excidi possit, lucernae adhibendae sunt; subterranei enim sunt cuniculi[45]), qui plus II CIƆIƆ pass. (über 1 Stunde) patent[46]). Ex his quoque lapicidinis marmor exciditur pulcerrimum, candidissimum[47]); quod si minus pellucidum est, marmore lapicidinarum vicinarum, caussa eius maculae inde videtur repetenda, quod marmor exeditur tempestatis humoribus, qui nec media aestate nec deterrima hieme intermittuntur. Nihilosecius perbellum marmor hoc habuisse veteres ad statuas sculpendas, cum ex cuniculis summo labore actis sumptuque maximo, lucernis tantum adhibitis, conicias tum docearis marmoris partibus et maximis et plurimis inde excisis[48]). Quibus rebus haud scio an argumentum grave addant Tournefortii verba, affirmantis, etiam posterioribus temporibus ex his maxime lapicidinis marmor Parios excidere solitos esse[49]).

---

[43]) cf. Ross., l. c., I. p. 50. — Pasch di Krienen, l. c., p. 123 sq. — Tournefort., l. c., p. 77, a. — Choiseul Gouffier, l. c., p. 70. — A. von Prokesch, in ‚Wiener Zeitschrift für Kunst, Literatur und Mode‘, 1834, Aprilheft. — Kunstblatt, 1836, No. 13. — Boeckh., C. J. Gr., No. 2387.

[44]) E cavo in vallem parvam patente in angustos cuniculos intravit Thierschius, per quos vix repere potuit, ut introiret in cava ampla (cf. Thiersch., l. c., p. 591.). — Consentit Ross., l. c., I. p. 50: „[Der Gang des Marmors] fällt unter einem Winkel von vielleicht fünfzig Graden von Westen nach Osten, sodass der ganze Stollen eine schiefe Lage hat. An manchen Stellen ist er vollends so krumm, eng und niedrig, dass wir nur auf allen Vieren hindurch kriechen konnten, und dass man kaum begreift, mit Hülfe welcher Vorrichtungen die Alten ansehnlich grosse Blöcke durch diese gewundenen Gänge herausschaffen konnten.“

[45]) cf. Ross., l. c. — Thiersch., l. c. — Tournefort., l. c., p. 77, a.

[46]) Auctores sunt indigenae, cuniculos earum lapicidinarum extendi usque ad Naussam portum. In extremis cuniculis praeterea mulierem marmoream fabulantur stare linteum texentem, prope quam cellas esse excisas cistis marmoreis repletas. Rossius non descendit in istos cuniculos (cf. Ross., l. c.), quos intrare molitus est Fiedlerus; redire tamen et ipse coactus est exstinctis facibus acerbo aeris perflatu, quem exoriri suspicatur a cuniculis prope Naussam portum patentibus (cf. Fiedler., l. c., II. p. 188.).

[47]) Consentiunt Tournefort., l. c., p. 77, a. — Ross., l. c. — Thiersch., l. c.

[48]) Consentit Ross., l. c., (v. not. 44).

[49]) cf. Tournefort., l. c., p. 77, b (v. § 3, not. 30). — Id., l. c.,

V) Iugum illud, quod ex media insula inter septentriones et orientem solem vergens procurrit usque ad Naussam portum, marmor quidem continet, nullae vero adhuc ibi agebantur lapicidinae, quamquam marmor purissimum est ac candidissimum, licet granis crassis [50]).

Aliquantisper exspatiatus sum in ea re, non intemperantia quadam abreptus congerendi, sed quod non mediocrem intellegebam ex perspectis, ubi veteres exciderint marmor, locis lucem in proximam disputationem esse redundaturam, qua de marmore Pario uberius disseremus [51]). Quod relicuum est, ut longius progrediamur, omnes enumerantes locos, ubi marmor excidi posset, nihil attinet; nam universa insula perbene nominatur „ein mächtiges Marmorgebirge [52])". Veteres certe e quattuor tantum lapicidinis excidebant marmor; „ausser den [erwähnten vier [53])] Marmorbrüchen — — ist nichts auf der Insel weiter bekannt, was die Alten gewonnen hätten, und dann kann man sicher sein, dass nichts da ist; denn alle bearbeiteten Punkte sind auf den Inseln stets bekannt. Andere Stellen aber für Marmor aufzusuchen, wäre nur Zeitverlust gewesen, denn die Alten wussten stets am besten, was das Beste war [54])."

Magno intervallo interiecto nunc tandem marmor excidi coeptum esse, non omittemus [55]): veteres quanta perseverantia nisi sint, ut in suas res converterent, quod in insula nascitur marmor, testantur columnarum tabularumque marmorearum fragmenta per omnem insulam dissipata [56]).

---

p. 76, b sub fin.: „On nous mena à trois milles du château voir d'anciennes carriéres, où il ne reste que de tranchées couvertes de rejets & de recoupes aussi fraîches que si on avoit travaillé depuis peu — —."

[50]) cf. Fiedler., l. c., II. p. 189.

[51]) v. excurs. I.

[52]) cf. Fiedler., l. c., II. p. 180. — Ross., l. c., I. p. 50 et 52.

[53]) Sunt istae lapicidinae eae, quas tractavimus s. NNoo. I, IIIa, IIIb, IV.

[54]) Verba sunt Fiedleri, l. c., II. p. 190.

[55]) cf. Fiedler., l. c., II. p. 183 (v. excurs. I. § 1, not. 14). — Erhard., l. c., p. 2 (v. excurs. I. § 1, not. 1).

[56]) cf. Ross., l. c., I. p. 45 sq.; 47; 48; 49; 51. — Fiedler., l. c., II. p. 182. — Thiersch., l. c., p. 597 sq. — Tournefort., l. c., p. 76, b et 78, b. — Riedesel., l. c., (chap. III) p. 261 sq. — Pasch di Krienen, l. c., p. 120.

Prius quam ad alias res deducam orationem, duas quas de marmore Pario proferunt auctores narratiunculas lubet adicere.

Quarum altera auctore Plinio est haec, exstitisse Sileni imaginem, marmor Parium qui excidebant quum divisissent marmoris glebam cuneo intruso: „— sed in Pariorum (lapicidinis) mirabile proditur, glaeba lapidis unius cuneis dividentium soluta, imaginem Sileni intus exstitisse[57].“ Quam narratiunculam Tournefortius reddens, admiratione sese affici, miror quanta humanitate confiteatur[58].

Narratiuncula altera est apud Strabonem. Nam quod de Italico marmore tradidit Plinius[59]), Papirio Fabiano, quem dicit „naturae rerum peritissimum“, auctore, crescere in lapicidinis marmora, exemptoresque affirmare, compleri sponte illa montium ulcera, [cui rei quam paullum Plinius habuerit fidei, ex ipsius quae adicit verbis ‚quae si vera sunt‘ satis intellegas]; idem cum de aliis et metallis et lapicidinis tum de Pari insulae marmorum lapicidinis refert Strabo[60]) verbis hisce: *„τοῦτό τε δὴ παράδοξον ἡ νῆσος* (i. e. *ἡ Σαρδώ*), *ἔχει καὶ τὸ τὰ ὀρύγματα ἀναπληροῦσθαι πάλιν τῷ χρόνῳ τὰ μεταλλευθέντα, καθάπερ τοὺς πλαταμῶνάς φασι τοὺς ἐν Ῥόδῳ καὶ τὴν ἐν Πάρῳ πέτραν τὴν μάρμαρον κτλ.“*

§. 5. **De insulae aquis.**

A) „Von Gewässern der Insel wird im Alterthume keines namentlich erwähnt.“ Quae praemonentem Vaterum[1]) non fugere debebat Strabonis locus quidam, ubi Pari insulae commemoratur flumen. Locus iste est hic[2]): *„ἔστι δ' Ἀσωπὸς καὶ ὁ παρὰ Θήβας ῥέων καὶ Πλαταιὰς καὶ Τανάγραν, ἄλλος*

[57]) cf. Plin., l. c., XXXVI. 14 (cap. 5, sect. 4).

[58]) cf. Tournefort., l. c., p. 77, b: „Qui auroit jamais crû qu'on trouvât une représentation de Silene dans celles (i. e. dans les carrières) de Paros, si l'on n'avoit fouillé bien avant pour découvrir cette merveille.“

[59]) Plin., l. c., XXXVI. 125 (cap. 15, sect. 24).

[60]) Strab., V. p. 224 (Casaub.).

[1]) Vater., l. c., p. 283, b.

[2]) cf. Strab., VIII. p. 382 (Casaub.).

δ'ἐστὶν ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ Τραχινίᾳ παρὰ κώμην ῥέων, ἣν Παρασωπίους ὀνομάζουσι, τέταρτος δ'ὁ ἐν Πάρῳ." Quo igitur loco Strabo enumerans fluvios, quibus nomen sit Asopus, quaecunque loca praeterfluat quisque eorum adiecit, Pari insulae flumen Asopus quemnam cursum teneat, omisit; de eo aut nihil adiciendum habuisse, aut satis notum illud sumpsisse videtur. Quod quum sic potissimum pervulgari potuisse conicere liceat, ut praeterfluxerit Asopus Parius ipsum insulae caput; Asopum, quem nominavit Strabo, fluvium eundem esse probabile est, quem recentiores amniculorum Pariorum notant maximum. Fluvius enim iste, cui nomen est Elytas (ὁ Ἔλυτας), profluit ex monte Marpesso; sinuato cursu lapicidinas magnas, quae nominantur οἱ λάκκοι, praeterfluit vallemque eis cognominem pererrat occidentem versus et ad Paroikiam urbem in mare influit[3]).

Prope Paroikiam, spatio IↃCXXV pass. (1/4 Stunde) tantum interiecto, Aesculapii Hygiaeque quondam erat fanum in occasum brumalem et meridiem spectans. Ibi ex praerupta rupis parte fons profluit, qui vero quae exstant templi structurarum septiones non superat[4]).

Mirifica de fonte quodam prope Parum castrum narratio exstat apud Bondelmontium[5]): „Quo in loco (i. e. in Paro castro) fons est, in quo si album linteum vel corium posueris, niger remanebit; et ex eo molendina triturant." Fides sit penes auctorem, nam unus est eius rei testis, quae nemo non videt quam mira sit et incredibilis.

Prope portum qui dicitur Drios quattuor fontium sunt capita. Qui postquam confluxerunt in unum, amniculum efficiunt parvum, qui in ipso portu in mare influit auctoribus Tournefortio[6])

---

[3]) cf. Ross., l. c., I. p. 49. [v. tabul. I.]

[4]) cf. id., l. c., I. p. 47.

[5]) Bondelmonte, l. c., 34 (p. 94).

[6]) cf. Tournefort., l. c., p. 78, b: „Vis-à-vis de ce dernier écueil (i. e. ‚le plus occidental des deux écueils qui sont au milieu de la rade de Drios') dans la plaine au pied d'une colline, coule une belle fontaine à quatre sources, éloignées seulement de huit ou dix pas les unes des autres: ces sources forment d'abord un petit ruisseau partagé en trois rigoles où les Turcs ont pratiqué depuis quelques années des reservoirs pour s'y baigner & pour y faire leurs ablutions: ces rigoles vont se rendre dans la mer, & quand on fait aiguade, l'eau passe dans les barils

et Pasch di Krienen[7]), licet ceteri qui lustraverunt insulam eius mentionem fecerint nullam.

Alius fons isque perennis prope Naussam portum est, ex quo rivus profluit, qui in ipso portu in mare decurrit: In quo carinis marmor Naussam deportatum esse, refert Choiseul Gouffier[8]). Cuius rivi vis atque impetus quum sint magna, coercere eum Fiedlerus monet, ut adhibeatur ad marmora secanda[9]). Quin etiam ab aquae vi, quae perennis est fonti, et vici et portus nomen petitum esse, Rossius suspicatur; nimirum „Naussa“ ex „*Νάουσα*“, quod vocabulum derivetur a verbo „*ναίω, νάω*“, ut nomen istud quasi appellativum quoddam sit aeque ac nomina „Naussa“, quae in Cythno insula aliisque locis reperiuntur[10]).

B) Restat, ut pauca dicamus de Vateri[11]) verbis hisce: „Das kalte Wasser jedoch, welches in einem Sprüchworte nebst den schönen Weibern gerühmt wird, scheint nicht der Insel Paros, sondern der Stadt Parion zu gehören.“ Proverbium est enim apud scholiasten in Aristophanem[12]), qui refert: „*πλὴν ἐς Πάρον' Ἔπαιξεν ἀντὶ τοῦ ὅτε εἰς Πάρον ἐστρατευσάμην. (ἀντὶ τοῦ μισθωτὸς ὢν στρατιώτης. τὸ δὲ Πάριον τοῦ Πόντου πόλις . καὶ παροιμία·*

ἐν Παρίῳ ψυχρὸν μὲν ὕδωρ, καλαὶ δὲ γυναῖκες.)

(δυ᾽ ὀβολὼ φέρων: Ἀντὶ τοῦ μισθοφορῶν τοσούτου. Πάρον δὲ οἱ μὲν τόπον, οἱ δὲ κατὰ παιδιὰν εἰρῆσθαι κωμικὴν τὴν Πάρον . ἰκρίοις δὲ θεωροῦντες τοὺς δύο ὀβολοὺς παρεῖχον τοῖς ἀρχιτέκτοσιν.)“ Tralaticiam eius loci lectionem, quae est:

„*ἐν δὲ Πάρῳ ψυχρὸν μὲν ὕδωρ, καλαὶ δὲ γυναῖκες*“ —

---

des caïques de l’armée par le moyen des gouttiéres de cuir bouilli qu’ils appellent des maniques.“ [v. tabul. I.]

7) Pasch di Krienen, l. c., p. 125 (v. § 3, not. 21).

8) Choiseul Gouffier, l. c., p. 70: „Un petit ruisseau descend de la montagne & va se jeter dans la mer au port de Naussa; les eaux, dont il se trouve grossi l’hiver, ont élargi le ravin dans lequel il coule; & c’étoit-là sans doute le chemin par lequel on conduisoit les marbres à Naussa, pour les embarquer.“

9) cf. Fiedler., l. c., II. p. 189. [v. tabul. I.]

10) cf. Ross., l. c., I. p. 45, not. 1.

11) Vater., l. c., p. 283, b extr.

12) Schol. in Aristophan., Vespp., v. 1189.

servavit Kusterus, servavit etiam Dindorfius, etsi in adnott. p. 555 adiecit, in Aldin. legi „ἐν δὲ Παρίῳ κτλ.“, quam lectionem Casaubonum quoque (ad Athen., XIV. 644, B) servasse[13]) Vaterumque amplexum esse legimus. Etiamsi virorum doctorum litem diiudicare minime ausi sumus, valde tamen suspicamur, non Pario, Ponticae urbi, sed Paro insulae debere laudes illas, quod aquas habeat frigidas feminasque venustate eximias.

Quod ut enucleemus, ante omnia opus est, ut seiungamus schol. Ravenn. a ceteris. In schol. Ravenn. nihil legitur, nisi observatio brevis „ἔπαιξεν ἀντὶ τοῦ ὅτε εἰς Πάρον ἐστρατευσάμην“; eius igitur verba ad Parium Propontidis referri non possunt.

Schol. Venet. nonnulla ex alienis scriptis in sua transtulisse, non ambigimus. Errorem eius [aeque ac schol. Ravenn. et tertii] iam notavit Boeckhius, quod ad alteram loci partem attinet[14]). Quod ad nostram partem spectat, non habemus, cur sentiamus cum illis, qui scholiasten nomina confudisse arguunt: immo vero nostra quidem sententia est haec, ne confundatur notissima illa insula cum Pario, Pontica urbe, distinctionis gratia hanc urbem ipsam adiecisse scholiasten verbis „τὸ δὲ Πάριον τοῦ Πόντου πόλις“. Qua brevi de Pario in Propontide sententia interiecta, scholiasten ad insulam reverti, ut, degressione brevi relicta, non urbi Ponticae, sed insulae tribuat laudes, noli suspicari. Quis enim tibi est auctor, vocabulo πόλις sententiam leviorem vixdum in transcursu de Pario Pontica urbe interiectam mitti, ut inde a vocabulis καὶ παροιμία ad Parum insulam redeat oratio? Licet parum diligenter quae collegerunt scripserint scholiastae, tamen hoc loco ad id, quod propositum erat, non potuit redire scholiastes Venetus particula coniunctiva „καί“, qua verba proxima quae antecedunt verbis „Πάριον τοῦ Πόντου πόλιν“ adiungi, plane elucet. Iam ut evadas, quamnam rationem sequi iubes? Unam video ex eis angustiis effugiendi viam.

---

13) Schol. in Aristophan. adhibui editionem, quam curavit Duebnerus, ubi cf. p. 459.

14) v. part. IV. § 3.

Versum ipsum, quo continetur proverbium, aggrediaris. Venetus ipse argumentum tibi affert grave. Apud quem versus quum ex Aldin. exordiatur sic: „ἐν δὲ Παρίῳ κτλ.“, una syllaba maior est. Quod ut corrigas, particulam „δὲ“ cave ne cum aliis viris doctis exstinguas. Eorum enim coniectura, particulam istam esse interpositam, a probabilitate abhorret multo longius, sententia nostra, quae est, versum illum integrum aliunde esse transscriptum, ut particulae illius incorrupta integritas comprobetur sic, quae soluta continuatione serieque sententiarum carminis cuiusdam integra conservaretur. Contra ea corruptum est vocabulum „Παρίῳ“, idque ex praemissa ipsa quae interiecta est notula „τὸ δὲ Πάριον τοῦ Πόντου πόλις“. Repugnantia ea iam qua ratione solvatur? Versamur in re stupiditate scholiastae obscurata. Satis enim pervulgatum est illud, quanta stupiditate compilatores — sit venia verbo — ex alienis scriptis in sua transtulerint ac coniunxerint res, quae minime erant iungendae. Non nego, fieri potuisse, ut quicunque scriptor erat schol. Venet., iam in ipsius auctoris verbis legerit „Πάριον[15])“ ideoque idem vocabulum corrigendi studio abreptus, etiam in versu rescripserit. Sed etiamsi [non aliter ac scriptorem schol. Ravenn. legisse constat] legerit „Πάρον“, notulam etsi alienam adicere potuit „τὸ δὲ Πάριον κτλ.“, ut iam nomina confundens subiunxerit παροιμίαν. Vides ex eis quae coniecimus, multiplicem viam esse erroris, quo scholiorum nostrorum scriptores duci potuerint. Nec fere minus latet, propter testimoniorum penuriam errores eos nunc minime persequi licere. Veneti igitur si mecum recipias lectionem, ex ancipiti scholiastarum auctoritate legere placeat: „ἐν δὲ Πάρῳ κτλ.“, etiamsi tibi obstet particula „καὶ“, qua incipit ea sententia.

Quid multa? uno verbo dicam, quod res est: versus iste primum certe ad Parum insulam erat referendus, ut quae in eo laudantur, aquae scilicet frigidae mulieresque venustate eximiae, Paro insulae sint vindicandae; scholiastes autem, quod quidem ex scholiorum qualia ad nos pervenerunt loco enucleare licet, versum eundem retulit ad Parium Propontidis

---

[15]) Sic Dindorfius, l. c., contendit, legisse scholiasten utroque loco Πάριον, nisi Πάρον insulam cum Παρίῳ urbe Pontica confuderit.

urbem. Ceterum — ut hoc quasi praeteriens moneam — eandem normam transferre licet ad Athenaei locum mox tractandum, ubi de placentis egregiis par significabitur haesitatio.

Explicavi meam qualemcunque sententiam, quamquam non ignoro, etiam aliam quandam patere interpretandi viam, hanc quidem, ut non integra ad nos pervenisse scholia, sed inter vocabula *πόλις* et *καὶ* desiderari nonnulla, coniciamus.

§. 6. **De coeli temperatione.**

Iam ex situ insulae colligas, temperatam esse coeli naturam [1]). Itaque commoda, quae percipiuntur e coeli temperatione, mox etiam Paro insulae vindicanda afferemus, licet Parus Cycladum australium una insulis uberrimis non annumeranda sit. Siccitatibus plurimum laborari, admodum probabile est [2]); sed nimii calores temperantur flatu ventorum maritimorum [3]), qui sunt per omne mare Aegaeum. Ventos eosdem esse non ambigimus, quos classem Romanam Deli tenuisse, Livius narrat [4]), ventos intellegimus, qui a veteribus nominabantur Etesiae (*οἱ ἐτησίαι*) [5]), nunc vocabulo Turcico

---

[1]) cf. Erhard., l. c., p. 4: ‚Das Klima der Cycladen ist im Allgemeinen ausserordentlich mild und klar u. s. w.' — Pasch di Krienen, l. c., p. 121: „Il clima in tutta l'Isola è così temperato e salubre chegli abitanti vivono fino all' età più decrepita senza ordinariamente la minima indisposizione, e le Donne hanno la felicità di prolificare sino ai 60 anni e più senza straordinario incomodo."

[2]) v. infra, not. 15.

[3]) cf. Cicer., de N. D., II. 53,131 (edit. Orell.): „Quam tempestivos autem dedit, quam salutares non modo hominum, sed etiam pecudum generi, eis denique omnibus, quae oriuntur e terra, ventos Etesias! quorum flatu nimii temperantur calores; ab eisdem etiam maritimi cursus celeres et certi diriguntur." — Erhard., l. c., p. 4 „— — wohl umwehen sie die brennende Stirn des Wandernden mit einem erquickenden Meereshauch u. s. w."

[4]) cf. Liv., XXXVI. 43 in.: ‚Livium (C. Livium, Romanae classis praefectum) Deli per aliquot dies — et est ventuosissima regio inter Cycladas, fretis alias maioribus, alias minoribus divisas — adversi venti tenuerunt.'

[5]) Ventos eos intellexisse Livium, ex proximis quae l. c. adiecit verbis elucet his: „Romani ubi primum aquilones — ii namque per aliquot

μιλτέμια vocantur [6]). Etesiae aquilones sunt [7]), interdum quidem leniter flantes aut variantes [8]) sed non ita multo post eo vehementius increbrescentes, qui per omnem aestatem fere

---

dies tenuerant, — ceciderunt, ab Delo Phanas, portum Chiorum in Aegaeum mare versum, petunt etc." — Herodot., VI. 140: „— Μιλτιάδης ὁ Κίμωνος ἐτησίων ἀνέμων κατεστηκότων νηῒ κατανύσας ἐξ Ἐλαιοῦντος τοῦ ἐν Χερσονήσῳ ἐς τὴν Λῆμνον προηγόρευε ἐξιέναι κτλ." — (Id., II. 20: „— τοὺς ἐτησίας ἀνέμους εἶναι αἰτίους πληθύειν τὸν ποταμόν, κωλύοντας ἐς θάλασσαν ἐκρέειν τὸν Νεῖλον.") — Strab., III. p. 144; XV. p. 690 et p. 692 (Casaub.). — Plin., l. c., II. 124 (cap. 47, sect. 47): ‚Post (h. e. post diem XV a. Cal. Aug.) biduum autem exortus iidem aquilones constantius perflant diebus XXX, quos etesias appellant. Mollire eos creditur solis vapor geminatus ardore sideris, nec ulli ventorum magis stati sunt.' — Id., XVIII. 335 (cap. 34, sect. 77): ‚Nec tamen eum (i. e. aquilonem) toto anno in praedictis timet agricola; mollitur sidere aestate media mutatque nomen et etesias vocatur'. — Bekker., anecd. Graec., p. 257: „Ἐτησίαι· ψυχρὸν πνεῦμα Βορέου ἐν θέρει πνέον." — Suid., s. v. Ἐτησίαι: „οἱ ἄνεμοι οἱ κατ' ἔτος πνέοντες. πνέουσι δὲ ἐν ἀκμῇ τοῦ θέρους, διότι ὁ ἥλιος μετεωρότερος καὶ ἀπὸ τῶν μεσημβρινῶν τόπων ἀρκτικώτερος γινόμενος λύει τὰ ὕγρα τὰ ἐν ταῖς ἄρκτοις· λυόμενα δὲ ταῦτα ἐξαεροῦνται καὶ πνευματοῦνται, καὶ ἐκ τούτων γίνονται οἱ ἐτησίαι, καὶ ἀπὸ τῶν ἀρκτῴων τόπων φέρονται ἐπὶ τοὺς μεσημβρινούς. ἃ προσπίπτει τοῖς ὑψηλοτέροις ὄρεσι τῆς Αἰθιοπίας, καὶ πολλὰ καὶ ἀθρόα γιγνόμενα ἀπεργάζονται ὑετοὺς κτλ." — Photius, lexic., s. v. Ἐτησίαι (p. 25 edit. Hermann.): „οἱ ἀπὸ Βορέου ψυχροῦ πνέοντες ἄνεμοι."

[6]) „Μιλτέμια" auctore Rossio, l. c., I. p. 20 (epist. 3a) coll. ibid., II. p. 27 (epist. 16a), not. 4. — „Meltemien" auctore Erhardio, l. c., p. 4.

[7]) Satis superque id comprobatur auctorum veterum locis quos collegimus in not. 5.

[8]) cf. Ross., l. c., I. p. 53 (epist. 6a, d. d. V. m. Sept. [d. XXIV m. Aug.]): „Mit schwachem Winde schlichen wir (d. II. m. Sept.) durch den Canal zwischen Paros und Oliaros u. s. w." — Id., l. c., II. p. 27 sq. (epist. 16a, d. d. I. m. Aug. [d. XX. m. Jul.]): „Es fiel ein starker Thau auf dem Meere, was in dieser Jahreszeit ein Zeichen südlicher Witterung (νοτιά) ist, und uns fürchten liess, dass die Windstille anhalten würde. Wirklich waren wir am nächsten Morgen, den 28. Juli u. s. w." — Ibid., not. 4. „Es gibt in Griechenland im Grunde zu allen Jahreszeiten nur zwei Gegensätze der Witterung: nördliches Wetter (βορειὰς, im Sommer auch μιλτέμι genannt), und südliches (νοτιά). Reine Ost- und Westwinde sind selten und von kurzer Dauer; gewöhnlich haben sie einen Strich Nord oder Süd und fallen dann, hinsichtlich ihres Einflusses auf die Witterung, unter eine jener beiden Hauptkategorien. Dass der jedesmalige Wind aber hier zu Lande die Witterung bestimmt, spricht sich auch in der Volksmundart dadurch aus, dass dasselbe Wort (καιρός) zur Bezeichnung beider dient."

non cessant, ut Rossii verbis utar, „die von Juli bis September fast unaufhörlich über das Cykladenmeer dahinbrausenden bekannten periodischen Nordstürme [9])". Venti isti, ut iam querebantur veteres Graeci [10]) et Romani [11]), tenent nautas quin etiam eos in summa adducunt pericula [12]), ut perbene nominentur „Aegeae procellae [13])". Aegaeumque mare rectissime dicatur „mare maxime terribile [14])". Siccitatem praeterea humo afferunt valde magnam, ut omnia, quae oriuntur e terra, marcescant [15]), nisi ros nocturnus ea delectat et re-

---

[9]) cf. Ross., l. c., I. p. 20 (epist. 3a). — Erhard., l. c.

[10]) cf. Herodot., l. c. (v. not. 5).

[11]) cf. Liv., l. c. (v. not. 5). — Id., l. c., extr.: „Inde — — profecti (scl. Romani), primo, aquilonibus transversis quum urgerentur in terram, cogebantur tenui agmine prope in ordinem singulae naves ire: deinde, ut lenita paullum vis venti est, ad Corycum portum qui super Cyssuntem est, conati sunt traiicere." — Horat., carm., II. 16,1—4: „Otium divos e. q. s." — Id., l. c., III. 29, 63: „tutum per Aegaeos tumultus e. q. s."

[12]) cf. Ross., l. c., I. c. 11 et 16 (epist. 2a d. d. XII, m. Aug. [d. XXXI m. Iul.]), ubi narrat auctor, quae acciderant d. IX et X m. Aug. — Id. l. c., I. p. 19 sqq. (epist. 3a, d. d. XVII [V] m. Aug.) coll. l. c., I. p. 35 (appendicul. epist. 3ae], ubi enarrantur res d. XIII m. Aug. gestae. — Id., l. c., I. p. 38 (epist. 4a, d. d. XXII [X] m. Aug.), ubi narrat auctor, quod ei evenit d. XVIII m. Aug. etc. — Tournefort., l. c., p. 78, a: „On a beau partir dans la bonace, comme on n'a point de boussole, il faut se retirer dans la premiére cale, lorsque le vent se refraîchit." — Id., l. c., p. 75, a: „Nous passâmes le canal qui est entre Antiparos & Paros par un vent de Sud-ouest, qui nous menoit en poupe & qui nous fit faire six milles en moins d'une heure — — Nôtre bateau fut bien secoué dans ce passage etc." — cf. Ross., l. c., I. p. 53 (epist. 6a).

[13]) cf. Stat., Achill., II. 192 sq.:

„— — — interque vadosas
Cycladas, Aegeae frangunt ubi saxa procellae."

[14]) cf. Suid., s. tit. Αἰγαῖον πέλαγος: „Αἰγαῖον οὖν πέλαγος τὸ φοβερώτατον." — Horat., carm., I. 14,19 sq.:

„Interfusa nitentes
Vites aequora Cycladas."

[15]) cf. Erhard., l. c., p. 4: „— vom Monat März bis September sieht man selten eine leichte Wolke in der ewig blauen Sommerluft. Allein dieser ungetrübte Azur hemmt auch in jener Epoche jeden Regenfall, und eine entsetzliche Dürre ist für diese baum- und schattenlosen Felsen die natürliche Folge davon." — Id., l. c.: „allein die Heftigkeit ihrer (i. e. aquilonum) Stösse trocknet auch das wenige Wasser der Cycladen

ficit[16]); quibus apprime conveniunt, quae affirmat Plinius, etesias noctu propemodum desinere, ut a tertia diei hora denuo oriantur[17]). Commutato vero anni tempore, auctumno ineunte, venti cessant plerumque, ac deinceps insulani magnos et assiduos habent imbres[18]). Eiusdem rei testis est

---

bis auf den letzten Tropfen aus." — Tournefort., l. c., p. 78, a: „La terre étoit si séche qu'il auroit fallu un petit déluge pour en éteindre la soif." — Riedesel., l. c. (chap. III.) p. 269: „Les vents du nord y sont continuels pendant dix mois de l'année, et d'une violence extrême; joignez à cela l'ardeur du soleil et la stérilité naturelle de ces rochers, et jugez en quel état doit être le sol de ces îles." Hic Diodori recordamur loci cuiusdam, quo eandem Cycladum insularum siccitatem testari videtur. Thraces enim, Naxi incolas primos, narrat, insulam plus CC ann. incoluisse, deinde eam reliquisse ob magnam agrorum siccitatem (Diodor., V. 51): „Οἱ μὲν οὖν Θρᾷκες ἐνταῦθα (i. e. ἐν Νάξῳ) κατοικήσαντες ἔτη πλείω τῶν διακοσίων, ἐξέπεσον αὐχμῶν γενομένων ἐκ τῆς νήσου."

16) cf. Tournefort., l. c., p. 78, a: „Le coton, la vigne & les figuiers périroient sans les rosées qui sont si abondantes que nos capots en étoient tous mouillez, lorsque nous couchions en campagne ou dans des bateaux, ce qui nous arrivoit aussi souvent en passant d'une Isle à l'autre." — Ross., l. c., II. p. 27 sq. (epist. 16a) (v. not. 8).

17) cf. Plin., l. c., II. 127 (cap. 47, sect 48): ‚Etesiae noctu desinunt fere et a tertia diei oriuntur.'

18) cf. Varron. fragm., p. 253 (edit. Bipont.): „Navali Etesiae diutius & uberius flaverant & auctumnum ventosum fuerat." — Plin., l. c., XVIII. 310 sq. (cap. 31, sect. 74.): ‚Assyriae v. kal. Septembr. et sagitta occidit et etesiae desinunt; vindemitor Aegypto nonis Septembribus exoritur, Atticae arcturus matutino, et sagitta occidit mane. V idus Septembr. Caesari capella oritur vesperi, arcturus vero medius pridie idus Septembr. vehementissimo significatu terra marique per dies quinque. Ratio eius haec traditur, si delphino occidente imbres fuerint, non defuturos per arcturum. Signum orientis eius sideris servetur hirundinum abitus, namque deprehensae intereunt. XVI. kal. Octobr. Aegypto spica quam tenet virgo exoritur matutino etesiaeque desinunt. Hoc idem Caesari XIV. kal., XIII. Assyriae significant, et XI. kal. Octobr. Caesari commissura piscium occidens ipsumque aequinocti sidus VIII. kal. Octobr.' — Stat., silv., I. 3,95 sq.:

„Haec per Aegeas hiemes Pliadumque nivosum
Sidus e. q. s." —

Id., Thebaid., III. 432—438:

„Qualis ubi Aeolio demissos carcere ventos
Dux prae se Neptunus agit, magnoque volantes
Iniicit Aegaeo, tristis comitatus eunti
Circum lora fremunt, nimbique hyemesque profundae

Tournefortius, eadem cum de universis Cycladibus[19]) tum de Paro insula referens certissimis verbis[20]).

§. 7. **De insulae oppidis eiusque pagis.**

Complura oppida fuisse insulae non ita magnae, probabile non est, vel saltem oppida nulla, quae tanta fuerint celebritate famae, ut peregrinis nota essent. Accedit, quod veterum auctorum de Pari oppidis testimonia fere desunt. Quodsi firma ex eis argumenta infra afferemus, Parum opibus, quae ex ipsa insula redundabant, elatam per aliquod tempus floruisse, colonias deduxisse, quin etiam contra effusas Persarum copias libertatem defendisse; nunc etiam pro certo est aut affirmandum aut negandum, quod iam demonstravit Vaterus[1]), unum saltem oppidum insulae fuisse.

At a coniectura ista Vateriana, quam nos quoque amplectimur, vehementer discrepare videntur, quae refert Stephanus Byzantius. Scribit enim haec[2]): „*Πάρος*, *νῆσος*.

Nubilaque, et vulso terrarum sordida fundo
Tempestas. dubiae motis radicibus obstant
Cyclades.“

[19]) cf. Tournefort., l. c., p. 71, a in.: „Quoique l'Automne soit une saison très-agréable dans l'Archipel, néanmoins le ciel, qui commençoit à se brouiller, sembloit nous menacer d'orages & de tempêtes: c'est ce que nous apprehendions encore plus que toute autre avanture; & comme les tempêtes suivent ordinairement les changemens des saisons; la crainte des pluyes qui en Levante ne manquent pas de tomber au commencement de Septembre, nous fit faire plus de diligence que nous n'eussions fait dans un autre temps.“ — Ross., l. c., I. p. 186 extr. (epist. 14a). — Erhard., l. c., p. 7.

[20]) cf. Tournefort., l. c., p. 75, a: „Nôtre bateau fut bien secoué dans ce passage (d'Antiparos à Paros), & la pluye qui venoit par ondées nous incommoda furieusement: ce fut le dernier jour d'Août, & ce fut aussi la premiére fois que nous vîmes pleuvoir dans l'Archipel.“ — Id., l. c., p. 78, a: „Nous vîmes pleuvoir à Paros pour la premiére fois depuis nôtre départ de France etc.“

[1]) Vater., l. c., p. 284, a.

[2]) cf. Steph. Byz., s. v. Πάρος (cf. Archiloch. fragm. 105 in Bergk., poett. lyric. Graec., p. 489).

ἣν καὶ πόλιν Ἀρχίλοχος αὐτὴν καλεῖ ἐν τοῖς ἐπῳδοῖς[3]." Ex quibus verbis, qui in ea re versati sunt recentiores, efficere moliti sunt, Paro insulae oppidum fuisse nullum[4]). Ut huius quoque studii ne desideretur testis, vide sis Liebelium, qui cum eam quaestionem instituisset[5]), miror quantam operam contulerit, ut probaret „insulas et regiones ab auctoribus etiam πόλεις dictas esse", in testimonium vocans Strabonem, qui (VIII. p. 546) Euboeam insulam πόλιν nominaverit, — Casaubonum (ad Strab., l. c.), qui Hesychium et Suidam testes excitaverit [quorum ille πόλιν per χώραν exposuisse, hic, Chium insulam a Lysia πόλιν appellatam esse, observasse et adiecisse dicitur „ἀλλὰ καὶ ἄλλοι πολλάκις τῶν ῥητόρων τὰς νήσους πόλεις ὀνομάζουσιν"], — Lysiam porro (c. Andoc.) Siciliam, Italiam, Peloponnesum πόλεις vocantem, — Aristidem, qui (de Neptun.) scripserit „καὶ πόλεις δὲ ἐπολίσατο τοῖς ἀνθρώποις, ἃς δὴ νήσους νυνὶ καλοῦμεν", — Homerum, qui (Iliad., II. 677) Coum insulam et (Odyss., VIII. 283) Lemnum eodem nomine notaverit, — Aeschylum deinde, qui (Eumenid., v. 75) insulas περιῤῥύτας πόλεις vocaverit, — ipsum Archilochum denique, qui (fragm. 88 [ap. Bergk., poett. lyr. Graec., fragm. 116]) Thasum insulam quoque πόλιν appellaverit. Quare quum saepissime πόλις usurpatum sit pro

---

3) „Schreibe ἣν καὶ πόλιν nach der schlechten Syntax des späteren Zeitalters." Sic Vaterus, l. c., p. 281, b, not. 8. Rescribendum igitur Vaterus censet ἢν καί, i. e. ἐὰν καί, „die auch (oder: wenn sie auch) Archilochos u. s. w." (Vater., l. c., p. 284, a). Displicuit ei interpretatio Liebelii, Archiloch. reliqq., fragm. 67 (p. 175) vertentis: „Parus insula, quam etiam urbem Archilochus vocat in epodis." At id recte si intellexerit Vaterus, non indicativo καλεῖ, sed coniunctivo καλῇ Stephanus uti debebat. Equidem censeo servandam esse tralaticiam lectionem, quae est ἥν, ut relativ. ἣν sit accusat. obiect.; cuius notionis gravitas ac vis quo magis conspicua esset, adiecit auctor pron. αὐτήν. „Insofern αὐτὸς das Fremde ausschliesst, kann es die Schärfe und Genauigkeit des Begriffes urgiren: gerade." (Verba sunt K. W. Krügeri, griech. Sprachlehre, Berlin 1861, I. § 51. 6, not. 9 [P. II. p. 136].) Stephani igitur opinionem persentiscere videmur vertentes: „Paros, eine Insel; und gerade so (ἣν-αὐτήν) nennt Archilochus in den Epoden auch (καὶ) die Stadt," i. e. die Stadt κατ' ἐξοχήν, die herrschende Stadtgemeinde.

4) cf. Vater., l. c., p. 284, a et ibid., not. 50.

5) cf. Liebel., l. c., p. 175 sq.

χώρα, quod imprimis apud poetas veteres nemini non occurrit, iam tanto gravioribus argumentis opus esse videtur, quibus urbem Parum in hac insula fuisse probetur, licet nos Stephani Byzantii verba sic interpretati simus, ut testimonium ex eis enucleaverimus, Paro insulae caput fuisse cognomine[6]).

Attigisse satis est Propertii versum quendam, ubi vulgata quidem lectione Paria nominatur urbs[7]); commemorasse sufficit Dioscoridis epigramma quoddam, in quo Pari viae commemorantur, in quibus Archilochus Lycambae filias se cognovisse professus sit[8]); nam poetarum testimonia non ultra requirimus — Longe enim omnium certissima argumenta petere licet ex optimis quibusque auctoribus, quibus comprobemus sententiam nostram, urbem fuisse in Paro insula, eamque insulae cognominem[9]). Quod obscuris Ptolemaei, scholiastae in Aristophanem Pliniique docetur verbis infra afferendis, luculentissimis Apollodori, Nepotis, Herodoti, Ephori, Diodori comprobatur testimoniis.

Narrat Apollodorus, obsedisse Herculem Parios[10]). De qua re quoniam iterum dicendum erit infra[11]), hic quidem breviter monemus, Herculem Parios in urbe inclusos tantum obsidere potuisse. Sed multo certius atque gravius exstat testimonium Nepotis[12]): „Ex his (Cycladibus) Parum insulam, opibus elatam, quum oratione reconciliare non posset, copias e navibus eduxit (scl. Miltiades), **urbem** operibus clausit omnique commeatu privavit: deinde vineis ac testudinibus constitutis propius muros accessit. Quum iam in eo esset, ut **oppido** potiretur, procul in continenti lucus e. q. s. Cuius flamma ut ab **oppidanis** et obpugnatoribus est visa

---

6) v. not. 3.

7) cf. Propert., III. 7,16 [9,16]; ibi tamen rescribendum censeo „Paria arte etc." pro „Paria urbe". (v. excurs. I. § 4, not. 10).

8) cf. Dioscorid., epigr. 23 in Brunck., anal., I. p. 499:
„Ἀρχίλοχον, μὰ θεοὺς καὶ δαίμονας, οὔτ' ἐν αἰγυιαῖς
Εἴδομεν κτλ."

9) cf. Thiersch., l. c., p. 588.

10) cf. Apollodor., II. 5, 9.

11) v. part. II. § 2, g.

12) Nepot., Miltiad., VII.

e. q. s.“ „Eo tempore aeger erat (scl. Miltiades) vulneribus, quae in **obpugnando oppido** acceperat etc.“ Non aliter ac Nepos Herodotus certissimis verbis **urbem** tradit a Miltiade obsidione esse clausam, quam ut servarent, incolas alteris muris firmis cinxisse[13]); atque idem auctor Miltiadem Cereris fanum extra **urbem** situm adire ausum esse narrat[14]). Accedit, quod ipse Stephanus testimonii caussa excitat Ephori locum quendam, ubi urbis certis verbis mentio fit. Ephoro enim teste utens affirmat Stephanus, fidem non servasse Parios, quam dederant, quum iam in eo esset Miltiades ut **urbe** potiretur, immo vero **urbem** fide violata non tradidisse[15]). Quodsi locus quidam [de quo uberius dicetur posthac] per longum temporis spatium Ephoro auctore[16]) sustinuit oppugnationem, alteris muris Herodoto teste cinctus est, ut excellentissimus suae aetatis imperator, postquam vineis testudinibusque constitutis, Nepote auctore, diu nequidquam eum oppugnavit, ab eo recesserit; coniecturae probabilitate vix opus est, ut pro certo habeas, ei vindicandum esse nomen urbis, non aliter ac Nepos, Herodotus Ephorusque eum nominaverint. Quibus commode adicies, quod Diodorus prodit, ubi Theramenem naves ad Parum [insulam] appulisse et in terram egressum in **urbe** paucorum civitatis administrationem reperisse narrat[17]).

Posteaquam igitur, urbem in Paro insula fuisse, vidimus, quodnam nomen ei vindicandum sit, quaeritur. Quantum ex

---

13) cf. Herodot., VI. 133: „Ἀπικόμενος δὲ ἐς τὴν (i. e. ἐς Πάρον) ἔπλωε ὁ Μιλτιάδης τῇ στρατιῇ ἐπολιόρκεε Παρίους κατειλημένους ἐντὸς τείχεος κτλ. οἱ δὲ Πάριοι — — ὅκως διαφυλάξουσι τὴν πόλιν, τοῦτο ἐμηχανῶντο, ἄλλα τε ἐπιφραζόμενοι, καὶ τῇ μάλιστα ἔσκε ἑκάστοτε ἐπίμαχον τοῦ τείχεος, τοῦτο ἅμα νυκτὶ ἐξηείρετο διπλήσιον τοῦ ἀρχαίου.“

14) cf. Herodot., VI. 134: „μετὰ δὲ τὴν (Τιμοῦν) μὲν ὑποθέσθαι, τὸν (Μιλτιάδεα) δὲ ἀπικόμενον ἐπὶ τὸν κολωνὸν τὸν πρὸ τῆς πόλιος ἔοντα κτλ.“

15) cf. Ephor. ap. Steph. Byz., l. c.: Ἤδη τῶν τειχῶν πιπτόντων καὶ ἐπὶ τὸ παραδιδόναι τὴν πόλιν (τῶν Παρίων) διωμολογημένων — — οἱ μὲν Πάριοι — — ἐψεύσαντο τὰς ὁμολογίας καὶ τὴν πόλιν οὐκέτι — — παρέδοσαν.“

16) cf. Ephor., l. c.: „καθεζόμενος ἐπολιόρκει πολὺν χρόνον τῆς θαλάττης εἴργων καὶ κατὰ γῆν μηχανήματα ἄγων. κτλ.“

17) cf. Diodor., XIII. 47: „Καταπλεύσας δ' εἰς Πάρον, καὶ καταλαβὼν ὀλιγαρχίαν ἐν τῇ πόλει, τῷ μὲν δήμῳ τὴν ἐλευθερίαν ἀποκατέστησε κτλ.“

verbis veterum auctorum, quae modo attulimus, ceterorumque, statim quos citabimus, enucleare licet, Pari nomen ei fuisse suspicari iubemur. Nam si aliud nomen ei fuisset, uno saltem loco aliquem eorum hoc fuisse commemoraturum, probabile est. Atqui neque illorum quisquam hoc fecit, nec Plinius, urbem tantum insulae commemorans „Paros cum oppido[18])“, nec Ptolemaeus, dicens „*Πάρου νήσου ἡ πόλις*[19])“. Id autem si quaeris cur factum sit, vix quicquam invenias quod probabilius dicas, quam utrumque auctorem aeque ac reliquos in universum istis verbis Pari urbem sive caput idem nomen habuisse, atque insulam ipsam. Etenim, ut breviter dicam, non potest ab harum rerum perito vel tantillum dubitari, quin uterque insulae caput significaverit dicendi genere illo satis pervulgato[20]) utens. Sic interpretatus est

---

[18]) cf. Plin., l. c., IV. 67 (cap. 12, sect. 22).

[19]) cf. Ptolem., l. c., III. 15 (edit. cit., p. 88).

[20]) Caussa, cur tot insulae urbem habeant cognominem, inde videtur repetenda, quod eis una erat civitas, quae totius insulae caput erat civile, ut ita dicam, a qua cetera quae aderant oppida pendebant. Certe eius rei exempla exstare vere innumerabilia nemo nescit, qui aliquem harum rerum usum habet. Ut e sescentis nonnulla commemoremus exempla imprimis idonea ad persuasionem, ex utroque auctore collegimus locos, ubi insula quaedam appellatur atque caput eiusdem nominis, et ita quidem, ut uncis inclusos adiecerimus locos auctorum, in quibus nominatur caput: Plin., l. c., IV. 65 (cap. 12, sect. 22): „Tenos cum oppido.“ Ptolem., l. c., III. 15 (edit. cit., p. 88): „Τήνου νήσου ἡ πόλις.“ [cf. Ross., l. c., I. p. 11 (epist. 2a). — Fiedler., l. c., II. p. 241 et 245. — Tournefort., l. c. (lettr. VIII), p. 136, b.] — Plin., l. c., IV. 67 (cap. 12, sect. 22): „Naxus cum oppido.“ Ptolem., l. c., (l. c.): „Νάξου νήσου ἡ πόλις.“ [cf. Thuc., I. 137, 2. — Ross., l. c., I. p. 22 (epist. 3a). — Fiedler., l. c., II. p. 293 sq. — Tournefort., l. c. (lettr. V), p. 80, a et 82, a.] — Plin., l. c., IV. 69 (cap. 12, sect 23): „Gyaros cum oppido.“ [cf. Steph. Byz., s. v. — Ross., l. c., I. p. 5 sqq. (epist. 1a); II. p. 171 (epist. 26a). — Fiedler., l. c., II. p. 159. — Tournefort., l. c. (lettr. VIII), p. 132, a.] — Plin., l. c., IV. 70 (cap. 12, sect. 23): „Melos cum oppido.“ Ptolem., l. c., III. 17 sub. fin. (edit. cit., p. 92): „Καὶ ἡ Μῆλος ἐν ᾗ πόλις.“ [cf. Thuc., V. 114; 115,2; 116,2. — Steph. Byz., s. v. — Eustath., comment. in Dion. Perieg., v. 530. — Ross., l. c., III. p. 4 et 6 sqq. (epist. 27a). — Fiedler., l. c. II. p. 369; 372; 375. — Tournefort., l. c. (lettr. IV), p. 57, a.] — Plin., l. c., IV. 72 (cap. 12, sect. 23): „Peparethos cum oppido.“ Ptolem., l. c., III. 13 (edit. cit., p. 84): Πεπάρεθος νῆσος καὶ πόλις.“ [cf. Strab., IX. p. 436 (Casaub.). — Liv., XXXI. 28. — Fiedler., l. c., II. p. 22]. —

utrumque locum Salmasius ad Solin., polyhistor., XI (edit. cit., I. p. 22, G[21]): „Graeci scriptores, cum de insulis tradunt, quae urbes habent cognomines, ita loqui solent, *Πάρος νῆσος καὶ πόλις*. *Κίμωλος νῆσος καὶ πόλις*. Quod Plinius dixit, Paros cum oppido." Neque absimilia sunt, quae ab eodem repetuntur, ubi de Naxo insula scribit[22]): „Cum Plinius dicit Naxum cum oppido, intelligit oppidum insulae esse cognomine. Ita enim Graecos loquutos supra observavimus, *Νάξος νῆσος καὶ πόλις* e. q. s." Quibus exemplis praemissis, omnem quaestionem nostram absolvit auctor idem dicens[23]): „Iam ante notavi, cum dicit Plinius insulam esse cum oppido, intelligere illud oppidum *ὁμώνυμον* esse *τῇ νήσῳ*."

Sed ad Parum urbem ut revertatur oratio: cum Plinii Ptolemaeique testimoniis commodum est scholiastae in Aristophanem componere locum, Vespp., v. 1189. „*Πάρον δὲ*, ait, *οἱ μὲν τόπον, οἱ δὲ κατὰ παιδιὰν εἰρῆσθαι κωμικὴν τὴν Πάρον*." Quae verba sic intellegenda esse censemus, ut, pro urbe omnem insulam a poeta nominari, nonnulli credidisse dicantur. Unde si alio loco argumentum petemus fastidii cuiusdam Atheniensis, hic monuisse satis est, talia ut crederent, veteres adduci non potuisse, nisi insula eiusque caput idem habuissent nomen **Parum.**

Accedunt autem argumenta quaedam, quae confutari nequeunt. Certissimis enim nonnullis narrationum illarum verbis et Nepos et Herodotus urbem, a Miltiade obsessam notaverunt nomine Pari. Sic Nepos tradit[24]), procul in continenti quum flamma visa sit, et Parios et Athenienses signum a classiariis regiis datum suspicatos esse: „Quo factum est, ut et Parii a deditione deterrerentur (quod ex contextu rerum ad oppidi obsessi incolas solos referre potes), et Miltiades, timens — — — rediret. Accusatus ergo proditionis, quod quum Parum expugnare posset, e. q. s." Idem nomen

---

Contra ea vide sis Plin., l. c., IV. 71 (cap. 12, sect. 23): „Calymna, in qua oppidum Coos;" IV. 73 (cap. 12, sect. 23): „Lemnos — — oppida habet Hephaestiam et Myrinam."

[21]) cf. Salmas., ad l. c., I. p. 128, b. A edit. cit.

[22]) cf. id., l. c., I. p. 129, a. E et F edit. cit.

[23]) cf. id., l. c., I. p. 129, a. G edit. cit.

[24]) cf. Nepot., Miltiad., VII.

legitur apud Herodotum[25]). Tradidit enim, quum Miltiades urbem operibus clausam diutius [vineis testudinibusque constitutis] oppugnaret, „*Τιμοῦν (ὑποζάκορον τῶν χθονίων θεῶν) ἐλθοῦσαν ἐς ὄψιν Μιλτιάδεω συμβουλεῦσαί οἱ, εἰ περὶ πολλοῦ ποιέεται Πάρον ἑλεῖν κτλ.*“, quod contextu orationis ad urbem inclusam referre iubemur. Pergit auctor: „*Μιλτιάδης μέν νυν φλαύρως ἔχων ἀπέπλωε ὀπίσω, οὔτε χρήματα Ἀθηναίοισι ἄγων οὔτε Πάρον προςκτησάμενος, ἀλλὰ πολιορκήσας τε ἓξ καὶ εἴκοσι ἡμέρας*“, ubi nomen *Πάρος* ad urbem solam referendum est, quippe quod vastatae insulae mentionem minime neglexit; adicit enim: „*καὶ δηϊώσας τὴν νῆσον*“.

Sed superest aliud argumentorum adhibendorum genus, inscriptiones dico quae exstant Pari, eiusdem rei testimonia. Quarum in aliis „urbs“ nominatur[26]), „urbs Pariorum“ in aliis[27]), in una[28]) „Parus“, quo nomine urbem significari crediderim, quum mortua quaedam, quae in titulo inducitur, viatori interroganti, in quanam urbe nata sit, respondeat: „Patria mihi est Parus“. Pari urbis incolae non aliter atque incolae insulae nominabantur *Πάριοι*[29]).

---

[25]) Herodot., VI. 34.

[26]) cf. Boeckh., C. I. Gr., No. 2377 (v. excurs. IV. § 1.). — Id., l. c., No. 2557, lin. 7; 21; 24 (v. part. III. III. § 2.). — Thiersch., l. c., inscr. No. I., lin. 52 sq. (v. excurs. VII. I. § 1.).

[27]) cf. Boeckh., l. c., No. 2384 (v. part. III. II. § 8.). — Id., l. c., No. 3655, lin. 2 (v. part III. III. § 1.). — Thiersch., l. c., inscr. No. 5 (v. infra, p. 48).

[28]) cf. Boeckh., l. c., No. 2415 (II. p. 353) [s. Epigr. adesp. 707 in Brunck., anal., III. p. 303]:

„Φράζε τίνος γονέος, σέο τ' οὔνομα, καὶ πόσιν αὔδα,
Καὶ χρόνον εἰπὲ, γύναι, καὶ πόλεως ὅθεν εἶ.
Νείκανδρος γενέτωρ, πατρὶς Πάρος, οὔνομα δ' ἦν μοι
Σωκρατέα· κτλ.“ [„Νίκανδρος“ Brunck.]

[29]) „Πάριοι“ apud auctores Graecos; cf. Herodot., I. 12; V. 28; 29; 30; VI. 133; 134; 135; VIII. 67; 112. — Thuc., IV. 104,3. — Strab., VII. p. 315; IX. p. 396; X. p. 487; XIII. p. 588 et 604 (Casaub.). — Pausan., I. 8,5; II. 27,2; III. 18,5; V. 20,1; VIII. 45,4; 47,1; IX. 35,2. — „Parii“ apud auctores Romanos; cf. Plin., l. c., XXXV. 122 (cap. 11, sect. 39);

Praeter Parum urbem a veteribus auctoribus nullus commemoratur locus, nisi forte putas, Stephanum Byzantium, ubi de Marpesso monte tradens adiecit, **Marpessios** nominari qui eum incolerent[30]), forum vel etiam oppidum eiusdem nominis significasse.

Iam quaeramus, non quorum nominum memoria obscurata sit et evanuerit, sed potius ubinam Parus urbs posita fuerit. In qua re quicumque versati sunt, sive ipsi insulam lustraverant sive non ipsi viderant quae observare sibi visi sunt, in diversas ac saepe contrarias sententias discesserunt, quas tamen refutari nihil attinet. Magna enim nunc inter viros doctos nata est consensio, urbem veterem sitam fuisse eodem loco, quo recentiore aetate Paroikiam conditam scimus. Quam rem nihil prorsus caussa est, cur suspitiosam opinere. Nam illud minimum valet, quod alii obicient, portus ad Paroikiam situs quum vadosum habeat mare periculosusque reddatur syrtibus, urbi condendae locum istum non aptum habuisse veteres. Nec ab illa sententia me divellere potuerunt, quae ab aliis contra disputata vidi, obicientibus, deesse in Paroikia urbe collem, in quo arcem condiderint veteres. Sciendum est enim, refutasse argumentum illud Rossium, collis mentionem facientem in Paroikia urbe siti, in

---

XXXVI. 16 (cap. 5, sect. 4). — Liv., XXXI. 31. — Nepot., Miltiad., VII. — Apollonius [„Ἀπολλώνιος Ἀλεξανδρεύς, ὁ κληθεὶς Δύσκολος“] grammaticus Pariis praeterea vindicavit nomen ‚Παριανοί‘; sic enim Steph: Byz., s. v. Πάρος: „Ὁ πολίτης Πάριος· εἰκῇ τοίνυν τὸ ἐθνικὸν τῆς Πάρου ὁ τεχνικὸς Ἀπολλώνιος Παριανὸς εἴρηκεν, ἐν τῷ περὶ παρωνύμων οὕτω γράφων. Τοῦ δὲ δευτέρου παρὰ τὸ Ζυγὸν Ζυγιανὸς καὶ παρὰ τὴν Πάρον [„τὴν Πάριοι“ coniecit Vater., l. c., p. 284, b, not. 63] Παριανός, Λεοντιανός, Ταυριανός.“ Sed nomine isto incolae Parii urbis Ponticae nuncupantur cum a Graecis tum a Romanis auctoribus [cf. Steph. Byz., s. vv. Πάριον; Μάσιον; Θούριοι. — Pausan., IX. 27,1. — Strab., XIII. p. 587—590; 605 (Casaub.). — Plin., l. c., IV. 48 (cap. 11, sect. 18). — Cicer., ad famil., XIII. 52,2 (edit. Orell.) coll. Salmas. ad Solin., polyhistor., l. c. (I. p. 246, B—G, edit. cit.), ubi ex Varrone affert (cf. Varron. fragm., p. 204 edit. Bipont.), Parios nominatos esse etiam Parii urbis incolas], licet Rossius (l. c., III. praefat. p. XI) auctor sit, Parios quoque nunc nominari „Parianos“.

30) cf. Steph. Byz., s. v. Μάρπησσα· „ὄρος Πάρου ἀφ' οὗ οἱ λίθοι ἐξαίρονται. ὁ οἰκήτωρ Μαρπήσσιος.“

quo arx quondam exstructa fuerit[31]). Quibus adde aliorum auctorum testimonia certe hoc efficientia, collem ibi fuisse[32]). Sed restat vel sic aliquid dubitationis. Quid enim? dicat quispiam, quum circa *Κεφάλου τὰ χώρια* arcis exstent ruinae in colle satis grandi, neque desint portus tutus, etsi non ita magnus, et circa eum oppidi veteris vestigia, verine quicquam esse similius potest, quam hoc loco quondam fuisse Parum? Quae cum primo et ipse callidius amplexus essem, post prudenter diffidere coepi, ut a suscepta ista persuasione discesserim, perspectumque mihi sit, non illic caput insulae vetus positum fuisse, sed eodem loco, quo conditum est novum caput **Paroikia**. Comprobatur enim haec sententia gravissimis argumentis, quae congesta reperies a Tournefortio, Rossio, Thierschio, Fiedlero, qui omnes uno ore consentiunt, Paroikiam urbem eodem loco conditam esse, quo Parus quondam fuerit. Quod ita esse reapse, planissima nunc testimonia clamant a viris doctis ex porticuum templorumque ruinis et ex columnarum, statuarum, tabularum et inscriptionum reliquiis ac multitudine petita. Tournefortius „— Parechia," ait[33]),

---

[31]) cf. Ross., l. c., I. p. 48: ‚Innerhalb der Stadt selbst, hart am Meeresstrande, auf einem kaum 40′ hohen Felsenhügel von geringem Umfang, liegt das sogenannte Schloss, im Mittelalter erbauet, jetzt nur eine formlose mit Häusern überdeckte Ruine.'

[32]) cf. Bondelmonte, l. c., 34 (p. 94) (v. § 3, not. 14). — Riedesel., l. c. (chap. III), p. 260: „Le premier bourg de l'île s'appelle Parchia; c'est un petit endroit etc." — Id., l, c., p. 261: „Il y a sur une petite éminence du bourg un château détruit, qui étoit entièrement composé des plus beaux marbres et de colonnes antiques: on ne put me dire dans l'île en quel tems ce château avoit été bâti; mais on voit bien que la main, qui l'avoit construit, étoit aussi barbare que celle des Turcs, qui l'ont détruit; car on s'est servi des plus beaux troncs de colonnes et des plus superbes basreliefs comme de simples pierres pour cet édifice." — Choiseul Gouffier, l. c., p. 65 sq.: „Paréchia bâtie sur les ruines de l'ancienne Paros, est encore le lieu le plus considérable de l'île. On y voit un vieux Château entièrement construit aux dépens des plus superbes édifices qu'ait jamais élevés l'Antiquité etc." — Pasch di Krienen, l. c., p. 120. — Clarke, l. c., p. 401: „Parechia is a wretched relique of the ancient and famous Paros. Every building in the place, but particularly the Castle, bears some evidence of its pristine splendor, and of the havoc that has ensued."

[33]) Tournefort., l. c., p. 73, a et 78, b; cf. id., l. c., p. 76, b: „Pour ce qui est du château de Paros ou Parichia, ses murailles ne sont bâties

„(ou Parichia) ville principale de l'Isle de Paros, bâtie sur les ruines de cette ancienne & fameuse Paros e. q. s.", „— de Parechia, c'est-à-dire de l'ancienne ville de Paros sur le bord de la mer." In quae apprime conveniunt, quae affirmat Fiedlerus: „Die Stadt Parkia oder das Kastron ist da erbaut, wo das alte Paros stand[34])." Neque quicquam dubitationis de ea re restitit Rossio, qui simul nomen urbis emendavit scribens: „Nicht Parecchia, wie die Europäer nach der corrupten italienischen Aussprache gewöhnlich schreiben, sondern Paroikia (ἡ Παροικία)[35]) ist der Name der Hauptstadt von Paros, — — — sie liegt unzweifelhaft auf den Ruinen der alten Paros[36])." Plurimum denique huic quae-

---

que de vieux marbres. — — — De quelque côté que l'on se tourne on ne jette les yeux que sur des architraves ou des piédestaux entremêlez de grandes piéces de marbre, employées autrefois à de plus beaux ouvrages." — cf. Choiseul Gouffier et Clarke, ll. cc. (v. not. 32).

[34]) cf. Fiedler., l. c., II. p. 181; cf. id., l. c., II. p. 182: „In der Stadt ist nichts Bemerkenswerthes aufzuführen, als etwa die Ringmauer eines aus allerhand antiken Marmorstücken, wahrscheinlich vom Tempel der Demeter, erbauten Schlosses aus dem frühen Mittelalter, dessen Thurm, um fest zu sein, aus über einander gethürmten, dicken, alten Marmorsäulen barbarisch erbaut wurde."

[35]) Nomen urbis unde petendum sit, Rossius se ignorare profitetur, l. c., I. p. 45: „Wie die Stadt zu dem seltsamen Namen gekommen, weiss ich nicht anzugeben." Thierschius nomen ducere sibi visus est a Πάρου οἰκία (cf. l. c., p. 589) eamque etymologiam bis repetiit (cf. l. c., p. 589 et p. 643). Laudabile sane inventum: modo illud explicatius docere non supersedisset. Nam occurrunt nobis apud scriptores παροικὶς vel παροικία, quae vocabula sic potius intellegenda videntur, ut eis significetur „colonia advenarum", quamquam eam rem nunc minime licet diiudicare. Improbabili igitur coniectura Thierschiana probabilior videtur coniectura ex ipsa verbi notione petita, licet ea propter testimoniorum penuriam comprobari nequeat, nisi forte illius opinionis firmius satisque idoneum argumentum habes hoc, quod ipse Thierschius non aliter ac reliqui auctores, quibus valde assentimur, Paroikiam eodem loco conditam esse luculentissime dixit, quo Parus sita fuerit, etsi ibi nec collem nec castelli vestigia exstare obtinuit l. c., p. 643.

[36]) cf. Ross., l. c., I. p. 44 sq.; cf. id., l. c., I. p. 45: „In der Stadt ist alles voll Marmor." Id., l. c., I. p. 46: „Die Stadt ist voll alter Bruchstücke aller Art aus dem trefflichen Material, womit die Natur diese Insel so verschwenderisch begabt hat. Unter den zahlreichen kleinen Basreliefs, welche in die Häuser eingemauert sind, u. s. w."

stioni profuit Thierschii disputatio eruditionis et subtilitatis luminibus adaeque conspicua[37]). Dedita enim opera nobis in memoriam reducit, exstare urbis veteris vestigia et ruinas eodem loco, quo nunc Paroïkia sita sit, in memoriam nobis redigit inscriptionum numerum magnum, quae proferunt senatus populique Parii decreta, archontum, agoranomorum aliorumque magistratuum munera eorumque praemia, deorum dearumque praeterea cultus, sollennia, pompas, ludos dierum festorum tempore celebrata, titulos elogiaque in sepulcris civium et propinquorum inscripta. Iam perbelle quae per enumerationem laudavit argumenta collegit totamque rem diiudicavit his verbis: „Das ganze Leben einer alten hellenischen Stadt liegt also hier nach seinen Hauptttheilen in sicheren und unverfälschten Urkunden aufgehüllt.“

Parios caput insulae, cui tot praestantissimi marmoris lapicidinae erant, porticibus templisque ex marmore candidissimo structis exornasse, probabilissimum est. Accedunt eius rei testimonia, licet ex inferioribus temporibus tradita. Quorum alterum profert inscriptio quaedam Paria, quae ex a. 292 p. Chr. n.[38]) ad nos pervenit, in qua Parus nominatur „ἡ λαμπροτάτη Παρίων πόλις[39])“. Idem nomen ei vindicatur in inscriptione altera, quae ex Constantini IIi (337—340 p. Chr. n.), Constantini M. filii natu maioris, aetate[40]) profecta est: „— — πάσης γῆς καὶ θαλάσσης καὶ παντὸς ἀνθρώπων ἔθνους δεσπότην καὶ κύριον Κονσταντῖνον νέον Καίσαρα ἡ λαμπροτάτη Παρίων πόλις — — — στεφανοῖ ἀρετῆς ἕνεκα[41]).“

Nostris diebus caput insulae est Paroikia, quae etiam dicitur χώρα. Sita est parva haec urbs in ora maritima. Circa eam patet planities frugifera. Quo in oppido habitant nunc CIↃCCCV homines (scl. CIↃCLXX κάτοικοι et CXXXV πάροικοι), domus insunt circ. CCCC[42]).

---

37) Thiersch., l. c., p. 643 sq.
38) v. part. IV. § 14.
39) cf. Boeckh., C. I. Gr., No. 2384 (v. not. 27).
40) cf. Thiersch., l. c., p. 589.
41) cf. Thiersch., l. c., inscr. No. 5.
42) cf. Thiersch., l. c., p. 594. [v. tabul. I.]

In ora septentrionali insulae, in ipso aestuario, quod dicitur Naussa portus, forum est, quod nominatur **Naussa.** Etiam hoc loco quondam vel oppidum vel forum fuisse inde conicias, quod veterum templorum ibi exstant vestigia[43]). Forum istud, quod pagum nominat Fiedlerus[44]), Rossius viculum[45]), celeberrimum factum est Russorum classe universa in portum recepta, quo tempore gerebatur bellum illud inter Russos et Turcas (1768—1774)[46]). Habitant Naussae circ.

---

[43]) cf. id., l. c.. [v. tabul. I.]

[44]) Fiedler., l. c., II. p. 181 et 189 (v. § 3, not. 9).

[45]) cf. Ross., l. c., I. p. 45: „An der Nordostspitze der Insel bei dem Hafen von Naussa liegt der kleine städtisch gebaute Flecken Naussa, der nichts Merkwürdiges enthält.“ — Choiseul Gouffier, l. c., p. 71: „Le village de Naussa est extrêmement petit etc.“ — Tournefort., l. c., p. 77, b: „Après avoir visité ces carriéres, nous allâmes nous promener dans les principaux endroits de l'Isle. Il reste encore à Nausa ou Agousa un Fort ruiné, bâti dans la mer, & sur les mazures duquel se voyent les armes de Venise, les autres principaux villages sont etc.“

[46]) cf. Fiedler., l. c., II. p. 189 (v. § 3, not. 9). — Ross., l. c., I. p. 45: „Der Ort hat im vorigen Jahrhundert in dem russisch-türkischen Kriege einige Berühmtheit erlangt, als die russische Flotte unter den Admiralen Orlow und Spiridow im Jahre 1770 hier längere Zeit ihre Hauptstation und ihren Waffenplatz hatte. Noch sieht man hin und wieder Ueberreste der von den Russen angelegten Verschanzungen und Batterien.“ — Id., l. c., II. p. 33 (epist. 16a): „Nachmittags besuchten wir den Capitän Th. Graves auf der englischen Corvette Beacon im Hafen von Nausa, der seit einer Reihe von Jahren mit der Aufnahme neuer Seekarten von den griechischen Meeren beauftragt ist, und sich nebst seinem ausgezeichneten Officiercorps dieser Arbeit mit der grössten Liebe zur Sache, mit Sorgfalt und Ausdauer unterzieht. Mit einem der Officiere besahen wir auch die Trümmer der russischen Schanzen und Magazine am Eingange des Hafens, wo Orloffs Flotte während der Jahre jener Occupation stationirt war.“ — van Kinsbergen, l. c., p. 127 sq. — Pasch di Krienen, l. c., p. 122: „Naussa ancora era anticamente una piccola Città, come si rileva da un suo Castello, fabricato sul Mare, e di cui esiste tuttora una specie di Torre. Ivi non s'incontrano che miserie per il già detto inconveniente, e per la numerosa mortalità che ancor di recente v'accadde; ora non gli rimangono che 400 circa abitanti, i quali forse neppur vi sarebbero oggidì se i saggi provedimenti dell' Ammiraglio Russo Spiridoff in fare accomodare i condotti e le strade non vi avessero apportato in parte efficace riparo.“ — Id., l. c., p. 122 et 125 (v. § 3, not. 9). — Luculenter munitiones quas Russi fecerant aggeresque tormentarios quos iecerant, adiecta charta, describit Choiseul Gouffier, l. c.,

IↃCCCLXXVI homines, IↃCXXV scilicet *κάτοικοι* et CCLI *πάροικοι* auctore Thierschio [47]).

Unde si meridiem versus in montes ascenderis, viculum ibi reperies, qui dicitur **Kostos** consentientibus Thierschio et Rossio [48]), Costou auctore Tournefortio [49]), Costa s. Akosta apud alios [50]). Homines in eo habitant CCLXI, *κάτοικοι* CCXXX, *πάροικοι* XXXI [51]).

Media in insula („*ἐς τὰ μεσόγαια*") a Paroikia urbe orientem versus VIII CIↃIↃCCL pass. (3½ Stunde) in summo montium dorso pagus situs est insulae maximus, qui dicitur **Levkae** [52]) s. *Λευκαὶ* [53]) s. Lephchis [54]) s. Levches s. Lefches [55]), forum opulentum, cui ex montium colore fere nitido nomen inditum esse videtur, ut iam supra monuimus. Quod quum incolarum numero nunc haud multo inferius sit capite insulae (nimirum CIↃLXXIII homin. [CIↃL *κάτοικοι*, XXIII *πάροικοι*], dom. CCCL) [56]); ex situ eius in summo monte Marpesso conicias, hoc ipso loco quondam fuisse Marpessiorum pagum, cuius mentionem fecit Stephanus Byzantius, nisi forte coniecturae isti repugnant quae affirmat Rossius: „— — antike Reste finden sich hier gar nicht, und es scheint hier im Alterthum keine Ortschaft gelegen zu haben [57])."

---

p. 70 sq. (v. § 3, not. 9). Iam addit auctor, l. c., p. 71: „Le village de Naussa est extrêmement petit; mais on avoit construit des cazernes fort étendues, dans lesquelles logeoient 4000 Russes de troupes réglées, 1000 Matelots, 12000 Albanois & 3000 Grecs."

[47]) Thiersch., l. c., p. 594.

[48]) cf. Thiersch., ibid. — Ross., l. c., I. p. 52. [v. tabul. I.]

[49]) cf. Tournefort., l. c., p. 77, b (v. infra, not. 60).

[50]) cf. van Kinsbergen, l. c., p. 131. — Clarke, l. c., p. 400, not. 1. — Pasch di Krienen, l. c., p. 122 (v. infra, not. 55).

[51]) cf. Thiersch., l. c.

[52]) cf. Ross., l. c., I. p. 51. [v. tabul. I.]

[53]) cf. Thiersch., l. c.

[54]) cf. Tournefort., l. c. (v. infra, not. 60).

[55]) cf. Pasch di Krienen, l. c., p. 122: „Per una terza abitazione dell' Isola possono esser considerati i cinque Villaggi cioè Levches o Lefches, Costa, Traula, Marmora e Cepido. Il migliore è Levches perchè è in alto tra le montagne; ha buonissima aria, ed è meglio degli altri proveduto di acque. Costa, Traula e Marmora sono di pochissima considerazione. Cepido poi è il più grande di tutti."

[56]) cf. Thiersch., l. c.

[57]) cf. Ross., l. c.

Quae quum ita sint, Marpessiorum si quod exstiterit forum s. oppidum fuisse crediderim eodem loco, ubi nunc sunt *χώρια τού Κεφάλοῦ* s. *τὰ κάτω χώρια*[58]) s. *Κεφάλου τὰ χώρια*[59]). Quo nomine communi notantur pagi tres, scilicet *τὰ Μάρμαρα*[60]) s. Marmora[61]), *οἱ Κηπίδοι*[62]) s. *ὁ Ζίπισος*[63]) s. Cepido[64]) s. Chepido[65]), *ὁ Δραγουλᾶς*[66]) s. *ὁ Τραγουλᾶς*[67]) s. Dragoula[68]) s. Traula[69]). Habitant in eis homines CIƆI, *κάτοικοι* scilicet IƆCCCCXXXX, *πάροικοι* LXI[70]). Siti sunt pagi isti circ. II CIƆIƆ pass. (1 starke Stunde) a Levkis orientem versus, ubi ad planitiem late patentem paullatim redit Marpessus[71]). Neque deest portus tutus, ut locum istum aptum fortasse habuerint veteres, quo oppidum conderent. Augetur coniciendi confidentia argumentis gravibus. Nam etsi urbis vestigia ibi exstant nulla, ex columnarum et saxorum fragmentis, quorum cum in quoque pago tum in celeberrimo illo, qui dicitur Marmora, est frequentia magna, eodem loco oppidum quondam fuisse porticibus et templis exornatum, sine ulla haesitatione licet declarare. Bondelmontii aetate [i. e. ineunte saeculo decimo quinto] nondum aderant pagi, sed oppidum tantum parvum, nisi eum nomine isto communi pagos tres significasse suspi-

---

58) cf. Ross., ibid. [v. tabul. I.]
59) cf. Thiersch., l. c.
60) cf. Ross., l. c. — Tournefort., l. c., p. 77, b: „— les autres principaux villages sont Costou, Lephchis, Marmara, Chepido & Dragoula. Ces trois derniers villages sont à Kephalo, quartier de l'Isle fort connu par le fort Saint Antoine, dont Barberousse ne vint à bout que parceque les soldats y mouroient de soif. — — — Le fort est démoli, et il n'y reste plus que le monastére de Saint Antoine."
61) cf. Pasch di Krienen, l. c. (v. not. 55).
62) cf. Ross., l. c.
63) cf. Thiersch., l. c.
64) cf. Pasch di Krienen, l. c. (v. not. 55).
65) cf. Tournefort., l. c. (v. not. 60).
66) cf. Thiersch., l. c.
67) cf. Ross., l. c.
68) cf. Tournefort., l. c. (v. not. 60).
69) cf. Pasch di Krienen, l. c. (v. not. 55).
70) cf. Thiersch., l. c.
71) cf. Ross., l. c., I. p. 51 sq. — Thiersch., l. c.

caris. Scribit enim haec: „Coram autem Naxo Cephalo oppidum in monte habetur [72].“

Prope pagos septentriones versus promontorium praeruptum prominet, quod dicitur Kephalos. Exstant in eo ruinae clarissimi illius castelli, ubi contra ingentes Turcarum copias acri animo se defendebat Pari insulae princeps ultimus e gente Veneta nobili Venièri. Nostra aetate in eo loco exstat monasterium Sti. Antonii, a quo nomen promontorii istius petierunt novum, quod est „colles Sti. Antonii“ [73].

Inde a pago altero, qui dicitur *οἱ Κηπίδοι*, IↃCXXV pass. (1/4 Stunde) meridiem versus progredienti a sinistra [v. tabul. I.] locus est, qui nominatur „*Μασσάδα*“. Tempore praeterito sepulcra ibi reperiebantur veterrima, e quibus ad lucem protraxerunt statuas parvas e marmore Pario sculptas [74], quae e Carum aetate exstare videntur [75].

Octavi denique pagi mentionem faciamus, licet nec Fiedlerus nec Thierschius vel de pago ipso vel de portu prope eum sito quicquam commemoraverint. Tournefortius [76] enim et van Kinsbergen [77], quos secutus esse videtur Mannertius [78], portum insulae nominant bonum, in ora insulae inter ortum brumalem et meridiem spectante situm, cui nomen sit **Drios**, Trio s. Treon. Viculum ibi fuisse, ex eis quae narrat Ros-

---

72) cf. Bondelmonte, l. c., 34 (p. 94).

73) cf. Ross., l. c. — Thiersch., l. c. — Fiedler., l. c., II. p. 189. — Tournefort., l. c., p. 76, b et 77, b. — Choiseul Gouffier, l. c., p. 66: „Près du Bourg de Chépido & sur une hauteur au bord de la mer étoit le Château de Kephalo, que le noble Vénitien Venieri défendit avec tant d'intrépidité contre toutes les forces de Barberousse; le théâtre de ces exploits sert actuellement de retraite à des Moines.“ — Pasch di Krienen, l. c., p. 123: „Vicino al detto gran Villaggio di Cepido alla parte di Greco si vede sulla cima d'un monte, a marina, le diroccazioni dell' antico Castello Chiefalos, ove esiste al presente il Monastero di S. Antonio. Questo è quel Castello che il famoso Venier defese sì bravamente contro Barbarossa Capitano Pascia di Solimano II. e. q. s.“ (v. part. II. § 27.).

74) cf. Ross., l. c, I. p. 51.

75) v. part. II. § 2, e.

76) Tournefort., l. c., p. 78, a sq. (v. § 3, not. 26).

77) van Kinsbergen, l. c., p. 123. [v. tabul. I.]

78) Mannert., l. c., p. 752 (v. § 3, not. 23).

sius[79]) conicere nobis visi sumus. De urbe in mari submersa adicit indigenarum fabulam hance: „An der Küste dort, sagte man uns, sey eine Stelle, welche der Abgrund (ἄβυσσος) heisse, wo nach der Sage eine Stadt ins Wasser versunken sey. Auch soll man dort viele hellenische Gräber finden[80]).“ In quo viculo, si quis est, quot homines habitent, ignoramus. Pasch di Krienen incolarum modo pagorum quinque [Levkarum scilicet, Kosti, Marmorae, *τῶν Κηπίδων* et *τοῦ Δραγουλᾶ*] numerum refert circ. VI CIↃ homin.[81]), Thierschius autem II CIↃCCCXXXV homin.[82])

Relicum est, ut moneamus, praeter octo quos enumeravimus locos in insula esse nec vicos nec viculos. Qui nominantur insuper loci, licentius sunt ficti, auctore Rossio, de ea re sic disserente[83]): „Aber um sie (insulam) mit Dörfern zu schmücken, hat Choiseul Gouffier den alten mythischen Namen von Paros, Minoa, auf der Südwestküste localisirt, und das Dorf Kostos unter dem Namen Akosta von der Nordostseite ebendahin verpflanzt: welche beiden Fehler in alle neuern Karten übergegangen zu sein scheinen[84]).“

---

79) Ross., l. c.: „Von der Höhe (bei Levkä) erblickt man den Hafen Drios, an der Südostküste der Insel — — —, und wo damals der Kapudan Pascha und der Flottendragoman Landhäuser hatten.“

80) cf. Ross., l. c.

81) cf. Pasch di Krienen, l. c., p. 122: „La popolazione di questi cinque Villaggi si calcola a sei mila anime in circa e q. s.“

82) cf. Thiersch., l. c.

83) cf. Ross., l. c., I. p. 52 sub fin.

84) Choiseul Gouffier (l. c., tab. XXXII), quem secutus esse videtur Fiedlerus (l. c., II., tab. geogr.), pagum Akostam finxit eo loco, quem nos in tabul. I. huic commentationi adiuncta notavimus littera „α“, alterum, Minoam, eo loco, quem nos ibidem notavimus littera „β“. — Cuius similis est error Bondelmontii, qui Minoam urbem nominat vetustissimam, Paron vero castellum inde septentriones versus situm; l. c., 34 (p. 94): „Ad occiduum Minoa urbs erat coram Delphica insula, in qua columnarum aedificia superant prata cum templo marmoreo immaculato. Insuper ad radices eiusdem montis oppidum vetustissimum erigitur immanium structum lapidum. Ad trionem vero, paucis civibus, Paron castrum habetur cum molo atque parvo portu.“

§. 8. De bonitate agrorum, de silvis et eis quae insula gignit.

A) Parum sterilem fuisse, e Plinii[1]) verbis „Fiunt vero quaedam loci vitio infructuosa, sicut in Paro silva caedua, quae nihil fert" cave suspiceris; nam quae eo loco affert auctor, ad partem tantum insulae spectare, quis est qui neget? cum Pari **fertilitatem** laudent scriptores et veteris[2]) et nostrae[3]) aetatis. Inter quos longe gravissimam vim habent

---

[1]) Plin., l. c., XVI. 111 (cap. 26, sect. 47).

[2]) cf. Ephor. ap. Steph. Byz., s. v. Πάρος: „Πάρον δὲ εὐδαιμονεστάτην — — οὖσαν τότε (i. e. tempore, quo Miltiades bellum Pariis intulit) τῶν Κυκλάδων." — Nepot., Miltiad., VII: „Parum insulam opibus elatam," quae verba sine dubio non ad marmoris tantum copiam, sed etiam ad agrorum fertilitatem sunt referenda.

[3]) cf. Tournefort., l. c., p. 77, b: „Il est vrai, que cette Isle est bien cultivée etc." — Pasch di Krienen, l. c., p. 121: „Vero è che il terreno è fertile assai ed atto a produrre tutto il bisognevole; dimodochè se la popolazione fosse tale da poter coltivare le Campagne, le Valli, e le Colline, potrebbe rendere tanto di prodotti da mantenere quattro armate simili ora alla Russa." — Id., l. c., p. 122: „Il secondo luogo abitato è appunto Naussa sopraddetta ove andando dalla parte di Parchia si passa per una ubertosa campagna di circa tre ore di camino, guarnita di varie Chiese, e diversi Monasteri collocati sulle diverse colline." — Clarke, l. c., p. 404 sq.: „This day, as the Governor offered to accompany us to see the famous Grotto of Antiparos, and as host had prepared mules and guides for the expedition, we set off at eight A. M. and rode by the side of a mountain, through corn fields, until we came to the narrowest part of the channel, between Paros and Antiparos. Paros seemed to be in a higher state of cultivation than Naxos." — Ross., l. c., I. p. 45: „Der Weg (von Naussa nach Paroikia) läuft über eine ausgedehnte und nicht unfruchtbare Ebene mit vortrefflichen Weingärten." — Id., l. c., I. p. 52: „Paros ist, obgleich an natürlicher Fruchtbarkeit Naxos nicht viel nachstehend, doch noch schlechter angebaut." [Satis pervulgatum est hoc, Naxum insulam ob magnam agrorum fertilitatem vocatam esse „Siciliam minorem" (cf. Plin., l. c., IV. 67 [cap. 12, sect 22]) vel etiam „insularum felicissimam" (cf. Herodot., V. 28).] — Fiedler., l. c., II. p. 181: „Die ziemlich grossen Ebenen am Fusse der massigen Berge und zwischen ihnen sich hinziehende flache Thäler sind fruchtbar u. s. w." — Thierschius, l. c., p. 594 montium iugum dicit sterile; contra ea frugiferae sunt orae insulae, valles et qui eis vicini agri patent: „Die

testimonia eorum, qui quum verbis proximis superioribus notaverint sterilitatem partis insulae, montium iugi intellego totam insulam scindentis, uberrimas laudent valles agrosque patentes, e quibus agricolae sedulo victus quotidianus vel etiam opes redundare possint[4].

B) Pari insulae **silvam** nihil ferre, si tradidit Plinius, verba eius vel ita interpretari debemus, ut silvas aliquas tantum viles esse notaverit, [quod apprime convenit in eas, quae sunt in parte occidentali insulae, inter Naussam et Paroikiam, ubi nunc etiam arbores sunt] — vel ad Parum quoque referenda sunt ea, quibus silvarum sterilitatem effici docet ipse Plinius: „facit et densitas sterilitatem[5].“ Nam silvas quondam in insula fuisse magnas, ex vetere illo insulae nomine conicias, quod inde ortum est, Hyleessa. Neque aliunde duci potest nomen insulae vetus alterum Zacynthus, siquidem id recte intelleximus suspicantes, petitum esse a Zacyntho insula, silvarum frequentia celeberrima[6]. At equidem me non intellegere fateor, quanam ratione ex Plinii verbis istis sequatur, in Paro insula eius aetate silvas omnino defuisse. Nimirum disserit auctor de „silva caedua“. Iam si retinemus notionem vocabuli „caeduus“, Plinii verba „silva caedua“ significant „Unterholz“. Etenim illud dici necesse est, voce „caeduus“ significari id, quod ad caedendum aptum est, quod caeditur et denuo frondescit[7]. Quam silvam caeduam nihil ferre Plinius affirmat „loci vitio“. Licet vitium

---

fruchtbarsten Fluren, mit 30—40fachem Ertrage, liegen um Paroikia, der Hauptstadt, und, ihnen nicht viel nachstehend, die Fluren von Κεφάλου τὰ χώρια.“ [cf. Ross., l. c., I. p. 51.] — Sauveboeuf., l. c., p. 192 solum siccum quidem nominat, sed fertilem.

[4]) cf. Thiersch., l. c., p. 595: „Um die Insel zu bebauen, reichten 12000 Einwohner, die hier Nahrung, Unterhalt und selbst Wohlstand finden könnten.“ — Similiter iudicavit Pasch di Krienen, l. c., p. 121 (v. not. 3). Acriter igitur reprehendendi sunt incolae ipsi, quod agriculturam deseruerunt, monendi ii, qui rebus publicis administrandis praepositi sunt, ut incolas ignavos laborisque fugientes impellant ad agros fertiles studiose colendos.

[5]) cf. Plin., l. c., XVI. 111 sub fin. (cap. 26, sect. 47).

[6]) v. supra, § 2, 6.

[7]) cf. Caton., r. r., I. 7. — Varron., r. r., I. 7, 9.

istud petendum esse etiam a solo marmore abundante [„loci vitio“] non negemus; densitatem tamen silvarum, quam sterilitatis caussam ipse Plinius attulit, ad Parum insulam quoque referendam esse eo probabilius conicere nobis visi sumus, quod qui silvarum culturae student, etiam his nostris diebus arbores caedere solent, quo melius silva caedua crescat coelo aperto. Multo autem gravius illud est, ut moneamus, magnas in Paro insula fuisse silvas aetate etiam inferiore. Mentionem earum fecit Baronius (a. 1538—1607), ubi refert „res admirandas Theoctistes Lesbiae in eremo Paros insulae vitam degentis [8]).“ Dei Genitricis templo Pario e lapide Pario facto laudato [9]), Baronius Symeonem senem inducit legato Leonis Imp., qui tum in Creta insula fuisset, narrantem, quomodo Theoctisten in Paro repererit, mulierem solitariam Senex in media silva templum illud se reperisse affirmat [10]), cuius silvae saepius mentionem facit ipsa Theoctistes, quam vitam suam in eremo ductam enarrantem inducit Symeon [11]). Redit eiusdem silvae mentio, ubi Symeon narrationem persequens refert, se ipsum in templum reversum esse die proximo, socios autem venaturos in silvam esse profectos [12]); nonnullis vero annis post quum eodem reversus Theoctisten investigaturus fuisset, frustra sese peragrasse silvam saltumque [13]). — Tamen non desunt, quae arguere contrariam rationem videantur. Quid enim? si recentiores qui insulam lustraverunt auctores ea, quae modo diligentius quaesivimus, improbaverunt, Rossium dico, Fiedlerum, Erhardium [14]). At haec testi-

---

[8]) cf. Caes. Baronii, Annall. ecclesiast., Lucae 1744, tom. XV. p. 517 sqq. (ad ann. 902).

[9]) cf. Baron., l. c., p. 517 sq.

[10]) cf. id., l. c., p. 521.

[11]) cf. id., l. c., p. 522.

[12]) cf. id., l. c., p. 523.

[13]) cf. id., l. c., p. 524.

[14]) cf. Ross., l. c., I. p. 52: ‚Paros ist — — fast ganz baumleer.‘ — Fiedler., l. c., II. p. 180: „Man kann die Insel als ein mächtiges Marmorgebirge schildern; denn es ragen kahler, als auf irgend einer der Kykladen, die aussen weisslich grauen Berge empor und bieten nicht einmal Nahrung für Ziegen, die daher auf dem nahen Antiparos gehalten werden.“ — Erhard., l. c., p. 7: „Wälder oder auch nur Haine existiren auf diesen Inseln nicht.“

monia refelluntur Thierschii loco quodam, ubi refert auctor, iugum illud per omnem insulam patens silvestre esse incolasque ibi viginti milia pascere ovium caprarumque[15]). Minus audeo etiam eis uti, quae ex Rossii libro laudato hausimus[16]) affirmantis, nomen portus illius Parii „Drios" non aliter ac nomen montis cognominis Naxi insulae inde petendum videri, quod quondam arboribus consita fuerit regio vicina. Discrepantia autem ista minime tanta est, quanta esse primo adspectu videtur. Nam ut dicam, quid sentiam, non ambigo equidem, quin Parus insula variis temporibus nunc maiore nunc minore silvarum abundantia frueretur[17]), nostris vero temporibus non silvis solum, verum etiam omnibus fere arboribus privata sit. Etenim reputandum est, quae affirmat Fiedlerus, Parios capras in Antiparo insula vicina pascere, atque ipsorum insulam minime omnium fructicosam esse, graviora videri, quam quae in suspitionem vocari possint, eademque fere Erhardii verbis, qui nuperrime insulam lustravit, comprobari. Atque in his quidem iam subsistamus necesse est.

C) Ad cetera capita accedimus, ut **quae insula gignit,** eruamus.

1) Atque ut ab eis, quae maximam insulae paraverunt famam, initium capiamus: **marmor** Parium et duritie et candore inter omnia marmoris genera erat unice praeclarum, quod iam primis temporibus requireretur ad aedificia splendidissima exstruenda, ad statuas pulcerrimas, clarissimas sculpendas. Id quidem, quoniam spatii aliquantum poscere videtur pro magna quae inde insulae nata est fama, alii huius commentationis loco reservandum esse duximus[18]).

2) Sequitur, ut **sardae** gemmae mentionem faciamus, quae in Paro insula inveniebatur auctore Plinio. Expedit ipsius

---

15) cf. Thiersch., l. c., p. 594.

16) Quode vide sis § 3, not. 25.

17) Qua in re quoniam versamur, non ingratam fore multis arbitramur alius rei cuiusdam ei affinis mentionem ex Aristotel., Politic., I. 4, 4 petitam, hanc quidem, scripsisse Parium quendam, Charetem, de agricultura tum nuda tum arboribus consita.

18) v. excurs. I.

verba huc adsciscere ex „histor. natur.“ XXXVII. 105 (cap. 7, sect. 31): „E diverso ad haec [scl. diversa gemmarum genera] sarda utilissima quae nomen cum sardonyche communicavit; ipsa volgaris et primum Sardibus reperta, sed laudatissima circa Babylonam. Cum lapicidinae quaedam appellantur, haerentes in saxo cordis modo reperiuntur. Hoc metallum apud Persas defecisse tradunt; sed inveniuntur compluribus aliis locis, ut in Paro et Asso; in India trium generum: rubrae et quas pionias vocant a pinguitudine, tertium genus est, quod argenteis bratteis sublinunt.“ In medio relinquamus, num re vera in Paro insula repertae sint gemmae[19]). Qualis fuerit ista gemma, quam Plinius commemorat,

---

[19]) Aliquam de ea re dubitationem quum modo ipsi significaverimus, Plinio adiciendus est qui ex eo totus pendet Solinus, polyhistor. XI. (edit. cit., I. p. 22, G) haec referens: „Praeter marmor dat [scl. Parus] et Sardam lapidem, qui marmore quidem praestat, inter gemmas vero vilissimus ducitur.“ Quode multus est Salmasius in ‚Plinian. exercitt. in C. Iul. Solini l. c.,‘ I. p. 128, b. B sqq. edit. cit. „Diligentissimus Camers,“ ait, „ad hunc locum notat, Plinium referentem loca plurima, in quibus hic lapis proveniat, nullam facere de Paro insula mentionem. Certe Camertis aetate in Plinii editionibus ita legebatur: ‚sed inveniuntur pluribus locis, ut in Ephyra et Asso.‘ [Man. Dalecampii Plin. h. n. similem servaverunt lectionem hanc: ‚sed inveniuntur compluribus aliis locis, ut in Ephyra et Asso‘.] Ubi hodie ex emendatione Gelenii habetur ‚sicut in Paro et Asso.‘ [Sic etiam in codic. Bamberg.] Quod ex libris suis se profitetur reposuisse. Fides sit penes auctorem. Quos vidi et quos alii inspexerunt, habent ‚sicut in Epiro‘. [Sic etiam codd. Barbari.] Pronum [?] esset inde facere: ‚sicut in Ephiro‘. [Sic codd. Fuxensis, Parisiens. 6797 et 6801.] Quod verum [?] arbitror. Nam et in Epiro inveniebantur circa Leucadem. Paulo post [scl. tradit Plin., h. n. XXXVII. 106 (cap. 7, sect. 31)]: ‚Inveniuntur et circa Leucada Epiri, et circa Aegyptum, quae brattea aurea sublinuntur‘. Existimet aliquis Solinum in Plinio legisse ‚in Paro‘. Quomodo legerit nescio: parum illi fidei habendum esse satis scio.“ Iam cum uberius auctor exposuerit, ex Sardinia nomen traxisse sardam gemmam, sic pergit: „Quibus omnibus facile vincor, ut corrigendum in Plinio censeam: ‚ipsa gemma vulgaris et primum Sardis reperta‘, id est, ab hominibus Sardiniae insulae e. q. s.“ Qua in re nolo nunc exspatiari longius. Salmasius multa, quae Plinii loco continentur, in dubitationem vocavit. Cuius verbis utentes sat docuisse videmur, cur ea, quae de Pari insulae gemmis retulit Plinius, in suspitionem vocare non dubitemus.

ipsius verba te docent, quae alio loco leguntur[20]), et quae exponit de ea re[21]) Theophrastus[22]).

3) Transeundum est ad **frumenta**, quorum tantam copiam nasci consentiunt auctores, ut victum praebeant incolis[23]), quin etiam Tournefortio auctore[24]), ut exportari possint. Memorabile est autem, Parios maxime hordeo conserere agros, contra agros tritico consitos multo rarius inveniri, secale vero, zeam, milium admodum raro, avenam numquam coli[25]).

4) Nec impedit quidquam, quominus **vitium** culturae etiam veteres Parios studuisse putemus. Non diffitemur, apud nullum auctorem exstare eius rei testimonium, nisi ea, quae de vino insulari retulit Athenaeus, suave id esse commissationibus institutis atque idoneum, quo quotidie utaris[26]), ad vinum in Cycladibus insulis natum quoque referri censes, quod non incommode fieri posse, inde apparere videtur, quod Athenaeus de vino in Ceo, Rhodo, Chio, Lesbo insulis nato etiam copiosius disputavit verbis proxime et antecedentibus et subsequentibus. Itaque facile adducimur, ut simili ratione ad Parum insulam quoque referamus, quod generalius de Cycladibus dicitur a Solino. Comparatur enim Naxus cum

---

20) cf. Plin., l. c., XXXVII. 106 (cap. 7, sect. 31).

21) [quam non nostrum esse scimus]

22) cf. Theophrast., de lapid. (II.), cap. 30.

23) cf. Thiersch., l. c., p. 595. — van Kinsbergen, l. c., p. 132 et Riedesel. l. c., (chap. III), p. 260 e contrario contendunt, nec hordei nec tritici magnam copiam in insula nasci; quorum vero errores refutavit Vaterus, de ea re recte iudicans [l. c., p. 286, a, not. 1]: „Jedoch mögen sie durch die Verwüstungen der Russen getäuscht sein" [qui paucis annis ante per quattuor annos omni belli clade vastaverant insulam].

24) cf. Tournefort., l. c., p. 77, b (v. not. 41).

25) cf. Erhard., l. c., p. 115. — F. Neigebaur. et F. Aldenhoven., „Handbuch für Reisende in Griechenland," Leipzig 1842, II. p. 394: „[Paros bringt es] — — an Weizen im Durchschnitt jährlich auf 40,000 Pinakis zu 9 Okkas, und das Doppelte an Gerste. Beide sind nur von mittelmässiger Qualität. Nur von der Gerste wird etwas nach den andern Inseln ausgeführt; das übrige dient zum eigenen Bedarf. Von Roggen und Bohnen erntet man 12,000 Pinakis, wovon ein Drittheil nach Santorin und Siphanto abgesetzt wird u. s. w."

26) cf. Athen., I. 32, E: „ὁ δὲ νησιώτης [scl. οἶνος] εἴς τε τοὺς πότους ἐστὶν εὖ πεφυκὼς καὶ πρὸς τὴν καθημερινὴν χρῆσιν οὐκ ἀνοίκειος."

ceteris Cycladibus, quas vitium fertilitate vicisse dicitur[27]); unde consequitur, ceteras Cyclades Paro non excepta vitium cultura quadam vel fertilitate notas fuisse. Recentiores vero qui lustraverunt insulam de bonitate et fertilitate vitium Pariarum fere omnes inter se consentiunt. Generatim vitium cultura commemoratur apud Tournefortium[28]), Clarkium[29]), Rossium[30]), Fiedlerum[31]). Non bonum esse vinum Parium, Riedeselius[32]) censuit, consentiente Fiedlero[33]); nec magnam esse vitium culturam, contendere sibi visus est van Kinsbergen[34]), adversantibus Fiedlero[35]) et Clarkio[36]). Thierschius duo vini Parii internovit genera, quorum alterum, quod nascatur circa Naussam, rubrum esse et ardere, contra album et dulcissimum genus alterum, quod nascatur circa Paroikiam[37]). De quo in summa rerum Thierschio convenit cum Rossio, planitiem illam inter Naussam et Paroikiam longe lateque patentem vitibus abundare affirmante[38]).

---

[27]) cf. Solin., polyhistor., XI. (edit. cit., I. p. 22, G): „— — — sed Naxos Dionysia prius quam Naxos dicta, vel quod hospita Libero patri, vel quod fertilitate vitium vincat ceteras [scl. Cyclades].“ Si verum fateri volumus: nomen cum a Dionyso tum a vitium fertilitate ducendum videtur.

[28]) Tournefort., l. c., p. 78, a: „Le coton, la vigne & les figuiers periroient sans les rosées — —.“

[29]) Clarke, l. c., p. 401: „We accompanied him; and made a hearty meal upon salted olives, grapes, boiled pumpkins, and Parian wine.“

[30]) Ross., l. c., I. p. 48.

[31]) Fiedler., l. c., II. p. 181: „Wein wird viel gebaut, er ist dunkelroth, süsslich und hat nicht viel Geist im Vergleich zu den andern griechischen Weinen; man lässt ihn zu viel Farbestoff aus den Schalen der Weintrauben aufnehmen, ihm gleichen im Allgemeinen die rothen Weine von Scopelo, Kumi und Syra.“

[32]) cf. Riedesel., l. c. (chap. III), p. 260: „— — cette île, qui ne produit que du mauvais vin etc.“

[33]) Fiedler., l. l. (v. not. 31). — Neigebaur. et Aldenhoven., l. c., II. p. 394 (v. infra, not. 40).

[34]) cf. van Kinsbergen, l. c., p. 132.

[35]) Fiedler., l. l. (v. not. 31).

[36]) cf. Clarke, l. c., p. 405: „The island produces excellent oil, and abundance of wine.“

[37]) cf. Thiersch., l. c., p. 595.

[38]) cf. Ross., l. c., I. p. 45: ‚Der Weg [von Naussa nach Paroikia] läuft über eine ausgedehnte und nicht unfruchtbare Ebene, mit vortrefflichen Weingärten u. s. w.‘

Quin etiam in ipsa urbe Paroikia multae magnaeque coluntur vites [39]). Commoda, quae percipiuntur e coeli temperatione, quum vitibus quoque obtingant, ingenti incremento eas augeri, non est cur dubitemus [40]). Vitium enim cultura laetissima quaeque incrementa capit in illis regionibus, in quibus non largi cadunt imbres, sed loca solis ardoribus gravia sunt. In Paro insula imbres fere deesse, auctumno excepto, iam supra diximus; praeterea solis radios a candidis marmoris rupibus resilire, monuisse satis est. Vini igitur, quo abundant incolae, exportationem magnam commemorant auctores [41]).

5) Magna praeterea **olei** copia temporibus praeteritis ex olivis redibat. Quas vero arbores Veneti, quum bello Cretensi [Candiacum quod vocant] exorto per novem decemve annos in insula commorarentur, combuserunt [42]). Ex perpaucis, quae deinde satae sunt olivae, vix tanta redit olei copia, quanta necessaria est ad incolarum victum [43]).

6) Deinde aliorum insulae fructuum magna a recentioribus auctoribus enumeratur vis, **nuces** dico, **palmulas**, **citros**

---

[39]) cf. Ross., l. c., I. p. 45 sq.: „— fast alle Häuser [in Paroikia] haben Terassen, welche von riesig grossen Weinstöcken überschattet sind.“

[40]) cf. Thiersch., l. c., p. 595: „— — durchschnittlich 20,000 Barellien (Barils) Wein im Jahre — —.“ — Neigebaur. et Aldenhoven., l. c., II. p. 394: „— — 16—20,000 Barils rothen und weissen Wein, beide von keiner ausgezeichneten Sorte, wovon jährlich drei Viertheile nach der Küste des griechischen Continents verkauft werden.“

[41]) cf. Tournefort., l. c., p. 77, b sq.: „Le commerce y consiste en froment, orge, vin, légumes, sesame, toile de coton.“ — Neigebaur. et Aldenhoven., l. l. (v. not. 40).

[42]) Tournefort., l. c., p. 78, a: „Avant la guerre de Candie, on y recueilloit beaucoup d’huile; mais l’armée Venitienne brûla tous les oliviers de Paros en 9 ou 10 ans qu’elle y sejourna.“ — Pasch di Krienen, l. c., p. 121: „Di quest’ ultimo [scl. Olio] poi abbonderebbero assai, se non era che quando i Veneziani in occasione della Guerra di Candia vi svernarono per 9 o 10 Anni avessero abbruciato tutti gli Ulivi.“ — Ross., l. c., I. p. 45: „Der Weg [von Naussa nach Paroikia] läuft über eine ausgedehnte und nicht unfruchtbare Ebene — — —, allein ohne Oelbäume. Die Venetianer haben sie im Candischen Kriege sämmlich zu Brennmaterial umgehauen, und noch hat man sie nicht wieder angepflanzt.“

[43]) cf. Clarke, l. c., p. 401 (v. not. 29) et p. 405 (v. not. 36). — Thiersch., l. c., p. 595. — Neigebaur. et Aldenhoven., l. c., II. p. 394: „— an Oel 5000 Okkas für eigenen Bedarf.“

Limones, cepas, olera cuiusvis generis, ut etiam exportentur in insulas vicinas[44]).

7) Sed inter omnia, quae insula gignit, recentiores qui eam lustraverunt summis laudibus efferunt **cucumeres Melones,** Tournefortium[45]) dico, Erhardium[46]), consentientibus Thierschio[47]) et Clarkio[48]). Iam veteres cucumerum Melonum, qui in Paro insula nascebantur, bonitatem non ignorasse, Cratini comici fragmentum quoddam documento est, quod servavit Athenaeus[49]). Apponam ipsius verba: „*Ὅτι τοὺς πέπονας Κρατῖνος μὲν σικυοὺς σπερματίας κέκληκεν ἐν Ὀδυσσεῦσι· Πώποτ' εἶδές μοι τὸν ἄνδρα, παῖδα Λαέρτα φίλον, ἐν Πάρῳ σικυὸν μέγιστον στερματίαν ὠνούμενον*[50]);“

---

44) cf. Thiersch., l. c., p. 595: „— Limonien, Nüsse.“ — Fiedler., l. c., II. p. 181: „Oestlich, unweit der Stadt [Paroikia] am Wege nach den Marmorbrüchen strebt eine Gruppe Dattelpalmen empor, welche kaum erst einen niederen Stamm bilden.“ — Id. l. l.: „Es wird ferner in Paros eine grosse Menge Zwiebeln, auch Knoblauch gebaut und nach Syra geführt.“ — Neigebaur. et Aldenhoven., l. c., II. p. 394: „— — an Zwiebeln mehr als 2000 Kantaros, wovon die Hälfte nach Santorin, Syra, Nauplia und Athen geht.“ — Tournefort., l. c., p. 77, b sq. (v. not. 41). — Erhard., l. c., p. 115 sq.

45) cf. Tournefort., l. c., p. 78, a: „Les melons y sont tout-à-fait délicieux; mais on n'a pas le temps de les goûter: lorsque l'armée Turque y est, elle consomme tous les fruits de l'Archipel en peu de jours.“

46) cf. Erhard., l. c., p. 115: „Wasser- und Zuckermelonen, Gurken und Kürbisse in den verschiedensten und zu den verschiedensten Zwecken benutzten Abarten können füglich als einheimisches Produkt betrachtet werden.“

47) Thiersch., l. c., p. 595.

48) Clarke, l. c., p. 401 (v. not. 29).

49) Athen., II. 68, C.

50) cf. Phrynich., eclog., p. 258 (edit. Lobeck.): „Χρὴ οὖν οὕτω λέγειν, ὡς ὁ Κρατῖνος, σίκυον σπερματίαν ἤ, εἰ θέλεις, πέπονα σίκυον.“ Cui adiciendus est Hesychius [s. v.] „Σίκυος σπερματίας, ὃν ἡμεῖς μηλοπέπονα“ scribens, ut discamus, non „cucumerem sativum“ [die gemeine Gurke, Linn.] sed „cucumerem Melonem“ [die Melone, Linn.] intellegendum esse. Simili enim dicendi ratione Vergilius [Georg., IV. 122] „— — cresceret“, ait, „in ventrem cucumis e. q. s.“, ubi non significatur „die Gurke“, sed „die Melone“. Adi, si tanti sit, Vossium de hac re ad Verg., l. c., accuratius disputantem: „Cucumis begreift mit den Gurken (cucumeres agrestes) zugleich die Melonen: wovon die grösseren Pepones (Pfeben) und die kleineren kampanischen in Gestalt des Quittenapfels Melopepones und Melones (Apfelpfeben, Melonen) genannt wurden: cucumis Melo Linn.

8) Porro **ficus** Pariae unice bonae ac suavissimae habebantur a veteribus. Apertissimo eius rei utimur testimonio. Etenim de ficis Pariis Athenaeus, Archilochi [51]) testimonium non una de caussa memorabile excitans, scribit haec[52]): „— *τῶν δ' ἐν Πάρῳ τῇ νήσῳ (διάφορα γὰρ κἀνταῦθα γίνεται σῦκα τὰ καλούμενα παρὰ τοῖς Παρίοις αἱμώνια, ταὐτὰ ὄντα τοῖς Λυδίοις καλουμένοις, ἅπερ διὰ τὸ ἐρυθρῶδες καὶ τῆς προσηγορίας ταύτης ἔτυχεν) Ἀρχίλοχος μνημονεύει λέγων οὕτως·*

Ἔα Πάρον

καὶ σῦκα κεῖνα καὶ θαλάσσιον βίον.

τὰ δὲ σῦκα ταῦτα τοσαύτην ἔχει παραλλαγὴν πρὸς τὰ πολλαχοῦ γινόμενα ὡς τὸ τοῦ ἀγρίου συὸς κρέας πρὸς τὰ ἄλλα τὰ μὴ τῶν ἀγρίων χοίρων κρέα."

Quod ad Archilochi verba attinet, fragmentum carminis esse videntur, quo vel se ipsum vel alios hortatus est de Paro relinquenda et de Thaso occupanda. Hinc quae in Paro agatur vitam quod despiciat poeta, ubi nihil nisi pisces et ficus edas, nolite mirari. Nam magna carminum eius acerbitas ex variis vitae miseriis imprimis nata alio nostrae commentationis loco deprehendetur [53]).

Diese Melonen, nicht Gurken, ass Tiberius täglich, und liess sie im Winter auf beweglichen Beeten unter Fenstern von Specularstein treiben. Der Bauch bezeichnet die runde Melopepone, andere wuchsen, wie der Kürbis, in Formen zu allerlei Thier- und Menschengestalt, oder in Röhren zu ungeheuerer Länge. Um süssere zu baun legte man die Kerne in Milch und Honigwein [cuius rei auctor est Theophrastus, de caus. plantar., II. 14, 3]; und des Wohlgeruchs wegen unter Rosenblätter." Distinguebatur cucumis Melo a cucumere sativo, quem veteres dicebant σίκυον s. σικυὸν s. σίκυν [cf. Aristophan., Pac., v. 1001 et schol. ad l. l.] vel etiam ὠμόν, quia crudus edebatur, ut auctor est Athenaeus, II. 68, D. Contra cucumis Melo a veteribus nominabatur ἡ σικύα, ὁ σίκυος σπερματίας vel ὁ σίκυος πέπων, quum veteres eum crudum quidem sed maturum tantum edere solerent, eodem Athenaeo, II. 68, E auctore [cf. id., III. 74, A et B]. Itaque non video quid sit relicuum, nisi ut Vossii errorem quendam notemus, siquidem cucumerem Melonem affirmat eundem esse, quem nos dicimus Melopeponem. „Cucumis Melo" [Linn.] vocatur „die Melone". Contra „Melopepo" s. „Cucurbita Melopepo" [Linn.] est „der Melonenkürbis" [Linn.], „Pepo" s. „Cucurbita Pepo" [Linn.] est „der gemeine Kürbis" [Linn.].

[51]) cf. Archiloch. fragm. 46 in Bergk., l. c., p. 476.

[52]) cf. Athen., III. 76, B.

[53]) v. part. V. I. § 1; 4; 8; 9; 13.

Deinde quae addit Athenaeus verba — ficus Parias a vulgaribus tantum differre, quantum apri caro a carne porci differat — quid sibi velint, vereor ut facile diiudicari possit. Sapore quali ficus Pariae fuerint ac quanta bonitate, vix inde conicias. Quare rogo te, ut velis iudicio expendere, num ad colorem tantum verba Athenaei sint referenda, ut explicaverit auctor, sicut carnis porcorum coctae color magis albicet, verum magis nigricet color carnis aprorum coctae, sic ficus vulgares esse colore rubicundo, verum colore purpureo ficus Parias. Notabile enim est, auctorem ipsum verbis proxime antecedentibus ficus Parias „sanguineas“ dixisse ob colorem sanguineum; quibuscum proximo vinculo consocianda sunt, quae de eadem re adnotavit Eustathius ad Homeri Odysseam[54]): „*ὡς δὲ πολλὰ εἴδη σύκων, δηλοῦσιν οἱ παλαιοί· ἐν οἷς καὶ αἱμώνια τὰ ἐν τῇ νήσῳ Πάρῳ, κληθέντα οὕτω διὰ τὸ ἐρυθρῶδες.*“ Nolumus argutari. Certissime autem Athenaei expositio refertur ad magnam apud veteres ficuum Pariarum famam, ut merito censuit Thierschius[55]).

Recentiorum scriptorum plerique ficuum Pariarum neglexerunt memoriam. Unus Tournefortius[56]) praeter Thierschium earum mentionem fecit. Rossius, se ficus nullas in insula invenisse, affirmat[57]).

9) Sed satis de ficis dictum. Progredimur ad ea, quae apud nos ubique fere gignuntur, ad **gramina**. Memorandum est, pascua Paria a nullo scriptore, neque vetere neque recentiore, commemorari. Id autem cur demiremur, caussam nunc non habemus. Etenim Erhardius nobis persuasit[58]),

---

[54]) cf. Eustath., comment. in Homer. Odyss., XXIV. 341 (1964).

[55]) cf. Thiersch., l. c., p. 588: „— von den Erzeugnissen der Insel sind die Feigen schon im Alterthum berühmt u. s. w.“ — cf. id., l. c., p. 595.

[56]) cf. Tournefort., l. c., p. 78, a (v. supra, not. 28).

[57]) cf. Ross., l. c., I. p. 45: „Auch Feigenbäume fehlen; man sieht ziemlich viele Stechpalmen.“

[58]) cf. Erhard., l. c., p. 6 sq.: „Es genügt hier zu bemerken, dass eine grosse Familie der Pflanzen, nämlich die Gräser, welche in unsern nördlichen Klimaten für die Ernährung der Pflanzen-Fresser auf das hervorragendste verwendet werden, auf den Cykladen so zu sagen gänzlich mangelt. Von einer Wiese im europäischen Sinne des Wortes findet sich nirgends, selbst auf den bewässerten und dadurch fruchtbaren Eilanden des Cykladenarchipels, eine Spur; kaum drängen sich einige

pascua omnia ibi deesse, ut taceamus de panico et cynodonte hic illic angustius proveniente: „Statt unserer saftigen Kleepflanzungen und anderer Leguminosen bedecken sonnverbrannte Stachelsträucher das lechzende Erdreich“, ut incolae etiam oves caprasque in Antiparo vicina pascere cogantur [59]). Hinc igitur Plinii locum quendam funditus perspicies. Cytisum enim [medicago arborea, Linn.], quem pabulum laetum herbamque succi plenam antea laudavit [60]), insulanos omnes coluisse affirmat, a quibus non ita multo post Graeci omnes eum acceperint: „Inventus est hic frutex in Cythno insula, inde translatus in omnis Cycladas, mox in urbis Graecas, magno casei proventu, propter quod maxume miror rarum esse in Italia [61]).“

10) Pari insulae non aliter ac ceterarum Cycladum **mel** bonum fuisse, paucis verbis exponere liceat. Veteres mel

---

kümmerliche; vor ihrer Reife vertrocknende Cynodon- und Panicum-Halme zwischen dem ewig trocknen Gerölle der felsigen Hügel hindurch, — mehr um zu beweisen, dass Gramineen selbst auf den Cykladen existiren können, als um dem ans Grüne gewohnten Auge des Nordländers die Idee eines saftig aufsprossenden Grases zu erwecken, e. q. s.“

[59]) cf. Fiedler., l. c., II. p. 180 (v. supra, not. 14).

[60]) cf. Plin., l. c., XIII. 130 sqq. (cap. 24, sect. 47).

[61]) cf. Plin., l. c., XIII. 134 (cap. 24, sect. 47). — Adeatur praeterea de hac re Varro, r. r., II. 1, 17; 2, 19. Cui adde Vergilium [Bucolic., I. 79 et II. 64; Georg., II. 431] cytisum laudantem bonum caprarum pabulum. Quibus conferendus est Serv., comment. in Verg. Bucolic., I. 79: „Cytisum, genus fruticis vel herba, quae nascitur inter campos et silvas in Cytisa civitate, (amara hominibus, non capris).“ Adi denique, si placet, Vossium [ad Verg. Georg., II. 431]: „Cytisus, Geissklee, baumartiger Schneckenklee, Cytisus Maranthae oder Medicago arborea, Linn.: eine Staude mit kleeähnlichem Laube, grauer Rinde, und hellgelber Blüte, deren häufiger Anbau, wegen ihres vielfachen Nutzens für Ziegen, Schafe, Hühner, Bienen und Rinder, ja selbst säugende Mütter, von den Alten sehr dringend empfohlen wird. Sie wächst, nach Columella, aus Samen und Steckreisern auf dem magersten Boden schnell empor, und erträgt jede Kränkung der Luft. Schon im dritten Jahr schneidet man die Sprossen acht Monate hindurch; das Vieh liebt sie vorzüglich, gedeiht davon, und bekommt viele und wohlschmeckende Milch. Grün reicht man dem Pferde täglich 15 römische Pfund, d. i. etwa 10 unsrige, dem Stiere 20 Pfund; im Schatten für den Winter getrocknet, um ein Drittel weniger. Aus dem harten gelben Holze macht der Türk Säbelgefässe, und der patmische Mönch Pater noster.“

donum coeleste habuisse, ex Vergilii testimonio satis intellegitur[62]). Quamquam hoc quidem iam exigui momenti est. Graviora enim sunt testimonia eorum, qui apes mel ex floribus non facere sed tantum colligere affirment, ut mel — quantum veteribus erat persuasum — nihil aliud sit, nisi ros, qui defluat ex aere et ab apibus in foliis et floribus inveniatur[63]). Quodsi mel illud, quod colligebatur circa Hyblam,

---

[62]) cf. Verg., Georg., IV. 1: „— — aerii mellis caelestia dona.“

[63]) cf. Serv., comment. in Verg., l. l.: „— — nam mel ex rore colligitur qui utique defluit ex aere. Unde est: caelestia dona, i. e munus deorum. Ante enim mel inveniebatur in foliis. Ut [Georg., I. 131]: Mellaque decussit foliis.“ — Verg., Bucolic., IV. 30: „Et durae quercus sudabunt roscida mella.“ — Ovid., Metam., I. 112 [aurea aetas]: „Flavaque de viridi stillabant ilice mella.“ — Senec., epist. 84: „Apes (ut aiunt) debemus imitari, quae vagantur et flores ad mel faciendum idoneos carpunt; deinde quidquid attulere, disponunt ac per favos digerunt: et, ut Virgilius noster ait, — liquentia mella Stipant, et dulci distendunt nectare cellas. [Vergilii locus hic [Georg., IV. 163 sq.] ex tralaticia lectione est: „purissima mella Stipant et liquido distendunt nectare cellas.“] De illis non satis constat, utrum succum ex floribus ducant, qui protinus mel sit: an quae collegerunt, in hunc saporem mixtura quadam et proprietate spiritus sui, mutent. Quibusdam enim placet, non faciendi mellis scientiam esse illis, sed colligendi. Aiunt inveniri apud Indos mel in arundinum foliis, quod aut ros illius coeli, aut ipsius arundinis humor dulcis et pinguior gignat. In nostris quoque herbis vim eandem, sed minus manifestam et notabilem poni: quam persequatur et contrahat animal huic rei genitum.“ — Plin., l. c., XI. 30 (cap. 12, sect. 12): „Venit hoc [i. e. mel] ex aere, et maxime siderum exortu, praecipueque ipso Sirio exsplendescente fit. — — Itaque — prima aurora folia arborum melle roscida inveniuntur e. q. s.“ — Theophrast., de mell. (XVIII) [tom. I. p. 837 edit. Schneider.]: „Ὅτι αἱ τοῦ μέλιτος γενέσεις τριτταί· ἣ ἀπὸ τῶν ἀνθῶν καὶ ἐν οἷς ἄλλοις ἐστὶν ἡ γλυκύτης· ἄλλη δ᾽ἐκ τοῦ ἀέρος ὅταν ἀναχυθὲν ὑγρὸν ὑπὸ τοῦ ἡλίου συνεψηθὲν πέσῃ. Γίνεται δὲ τοῦτο μάλιστα ὑπὸ πυραμητόν. Ἄλλη δ᾽ἐν τοῖς καλάμοις. Πίπτει δὲ τὸ ἐκ τοῦ ἀέρος μέλι καὶ ἐπὶ τὴν γῆν καὶ ἐπὶ τὰ προς τυχόντα τῶν φυτῶν· εὑρίσκεται δὲ μάλιστα ἐπὶ τοῖς φύλλοις τῆς δρυὸς καὶ ἐπὶ τῆς φιλύρας, διότι πυκνότητα ἔχει ταῦτα καὶ ἔνικμά ἐστι. Δεῖ δὲ μηδὲ τελείως εἶναι ξηρὰ, ἵνα μὴ εἰς αὐτὰ ἕλκῃ, μήτε μανὰ, ἵνα μὴ διΐῃ· ταῦτα δὲ καὶ ἔνικμα καὶ πυκνότητα ἔχει· τὰ δὲ τῆς φιλυρὰς καὶ γλυκύτητα. Ἔχει δέ πως ἡ μέλιττα οἰκείωσίν τινα πρὸς τὴν δρῦν.“

Siciliae urbem[64]), et in Hymetto, Atticae monte[65]), optimum habebatur: bonum etiam fuisse mel Cycladum insularum, ex eis elucet, quae dicit Strabo: „ἅπαν μὲν οὖν τὸ νησιωτικὸν μέλι ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἀστεῖόν ἐστι καὶ ἐνάμιλλον τῷ Ἀττικῷ, τὸ δ' ἐν ταῖςδε ταῖς νήσοις διαφερόντως, κτλ.[66])" Unum restat, quod tribus verbis tangatur: veteres quum apes mel ex rore colligere crediderint, in Paro insula mel optimum eorum sententia nasci potuit; nam rorem nocturnum ibi largissimum esse, ex Tournefortio iam attulimus[67]). Nostra aetate non multum Pariis ex cura apium redire videtur. Recentiores enim qui lustraverunt insulam mel Parium non commemorant, nisi unius scriptoris testimonium excitare iuvat, hoc quidem: „3000 Okkas Honig und 300 Wachs dienen zur eigenen Consumtion[68])."

11) Melle Pario ad **placentas** Parias ducimur, quas veteribus temporibus clarissimas fuisse, apud Athenaeum legimus. Cuius rei testem Alexim comicum Athenaeus excitat, cui quidem errorem exprobrat hunc, ad Parum insulam eum retulisse quod ad Parium Ponticam urbem sit referendum: „ὅτι δὲ καλοὺς πλακοῦντας ἐν Παρίῳ τοῦ Ἑλλησπόντου φαγεῖν ἔστιν οἱ ἐπιδημήσαντες μαρτυρήσουσιν. Ἄλεξις γὰρ πεπλάνηται λέγων τοὺς ἐκ Πάρου. λέγει δὲ οὕτως ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἀρχιλόχῳ·

Ὦ τὴν εὐτείχη ναίων Πάρον, ὄλβιε πρέσβυ,
Ἣ κάλλιστα φέρει χώρα δύο τῶν συναπασῶν,
Κόσμον μὲν μακάρεσσι λίθον, θνητοῖς δὲ πλακοῦντας[69])."

Sed Athenaei illud iudicium non mediocri laborat dubitatione,

---

64) cf. Verg., Bucolic., I. 55: „— Hyblaeis apibus florem depasta salicti e. q. s." — Serv., comment. in l. l.: „Hyble oppidum est Siciliae, quod nunc Megara dicitur: vel locus in Attica, ubi optimum mel nascitur." — Plin., l. c., XI. 32 (cap. 13, sect. 13).

65) cf. Verg., Georg., IV. 177: „Cecropias — — apes." — Serv., comment. in l. l.: „i. e. Athenienses a rege Cecrope Atticae, ubi optima mella nascuntur." — Ovid., Trist., V. 4, 30. — Plin., l. l. — Strab., IX. p. 399 (Casaub.).

66) cf. Strab., X. p. 489 (Casaub.).

67) v. supra, § 6, not. 16.

68) Verba sunt Neigebaur. et Aldenhoven., l. c., II. p. 394.

69) cf. Athen., XIV. 644, B.

ut recte contendit Vaterus[70]. Tantum enim unusquisque perspicit, Alexim Parum insulam et Parium urbem confundere non potuisse, quippe quod Archilochum Parium poetam satis notum honorificis verbis persecuturus erat. Quid multa? uno verbo dicam quod res est: placentas in Pario urbe coctas iucundo sapore esse, Athenaeus pro certo dicit; nec peiorem saporem placentis in Paro insula coctis Alexis certissimis verbis vindicat. Diiudicari non posse, equidem arbitror, quo iure hic Paro ille Pario bonas vindicaverit placentas. Satis habeo didicisse, Athenaeum Pario urbi eas vindicare, [alioquin Alexidi errorem exprobrare non potuit], contra Alexim Paro insulae eandem laudem tribuere facete dicentem „*ὦ ναίων Πάρον, ὄλβιε πρέσβυ, ἣ φέρει κόσμον μὲν μακάρεσσι λίθον, θνητοῖς δὲ πλακοῦντας.*“ Tantum quidem — et in hoc subsistamus, necesse est — pro certo et explorato habendum est, quod a Casaubono Plinii fide comprobatur[71].

12) Ne quid eorum, quae insula gignit, quantum in me est, silentio praeteream, etiam **casei** in insula facti memoriam repetere liceat[72].

D) Iam ut ad aliud genus deducam orationem, in Paro insula qua sint **bestiae**, paucis percurram.

1) Et ut a **bestiis cicuribus** fiat initium: pascua omnia deesse iam commemoravimus. Parios igitur nec equos nec boves alere, facillime nobis persuasit scriptor quidam recentior[73]. Iumentorum asini tantum commemorantur[74]. Contra ea admodum magni caprarum greges Pariis esse videntur[75]. Imprimis autem Parios oves educere, ex recentiorum

---

[70] Vater., l. c., p. 287, a.

[71] cf. Casaub. ad Athen., l. l.

[72] cf. Neigebaur. et Aldenhoven., l. c., II. p. 394: „— — an Käse 10,000 Okkas, wovon 2000 eben dahin [nach Santorin, Syra, Nauplia und Athen] ausgeführt werden.“

[73] cf. Neigebaur. et Aldenhoven., l. c., II. p. 395.

[74] cf. iid., ibid. — Thiersch., l. c., p. 595.

[75] cf. Fiedler., l. c., II. p. 181: „Ziegen gibt es hier wenig u. s. w.“ — Id., l. c., II. p. 180 (v. supra, not. 14). — Thiersch., l. c., p. 594 affirmat, incolas in montibus insulae viginti milia pascere caprarum et ovium. — Neigebaur. et Aldenhoven., l. c., II. p. 395 earum numerum duodecim milium esse dicunt. — Erhard., l. c., p. 26 sq. contendit, Pariis

testimoniis intellegitur[76]), licet ab eis recedant, quae affirmat Fiedlerus, Parios scilicet nonnullos tantum eosque parvos ovium greges pascere[77]). Quod ceteras bestias cicures attinet, in eis acquiescere licet, quae scripsit Tournefortius[78]): „la viande de boucherie y est bonne, & les cochons[79]) n'y manquent pas: on y mange de même que dans les autres Isles d'excellens petits moutons nourris dans les maisons avec du pain & des fruits."

2) Alterum locum teneant **bestiae ferae,** quas diligenter recenset Erhardius in libello illo, qui inscribitur „Fauna der Cykladen". Leporem primum nominat (leporem timidum), quem in Paro insula invenit non aliter atque in Cycladibus maioribus; in Cycladibus enim minoribus non lepores sed cuniculi (lepores cuniculi) tantum reperiuntur[80]). Lepores Parii eiusdem generis sunt ac nostrates[81]), etsi caro eorum cocta minus nigricat[82]). — Multae praeterea enumerantur aves, quarum aliae [quinquaginta duorum generum] aestatem et hiemem degant in insula[83]), aliae [septuaginta septem generum] relictis regionibus aquilonaribus ibi hiement[84]), aliae [sexaginta trium generum] appropinquante hieme calidiora etiam loca petentes maria transmittant et in Paro insula se refecturae a venatoribus occidantur[85]), aliae [undetriginta generum] imminente aestate Parum insulam locum frigidiorem

---

non aliter ac ceteris insulanis divitias esse nullas nisi greges caprarum et ovium, quas pascant. — Tournefort., l. c., p. 77, b: „—on y nourrit beaucoup de troupeaux etc."

[76]) cf. Thiersch., Neigebaur. et Aldenhoven., Erhard., Tournefort., ll. ll. (v. not. 75).

[77]) cf. Fiedler., l. c., II. p. 181: „— an der Nordspitze der Insel am Hafen Agūsa ein Paar kleine Schafheerden u. s. w." — Rossius eorum mentionem fecit nullam.

[78]) Tournefort., l. c., p. 78, a.

[79]) „Sus scrofa" auctore Erhardio, l. c., p. 26.

[80]) cf. Erhard., l. c., p. 25.

[81]) cf. id., l. c., p. 22.

[82]) cf. id., l. c., p. 23.

[83]) cf. id., l. c., p. 44 sq.

[84]) cf. id., l. c., p. 45 sqq.

[85]) cf. id., l. c., p. 48 sqq.

petant [86]. Apud veteres auctores nullum invenimus locum, quo bestiarum Pariarum sive cicurum sive ferarum exstet memoria [87].

Sequitur, ut uno verbo duarum bestiarum mentionem faciamus. Commemoratur enim mus frugivorus (Rafinesque), qui in Paro insula invenitur arboresque conscendere dicitur. Auctor est Erhardius [88]. — Stellionem praeterea nominat Rossius propter turpitudinem corporis *τὸ κροκόδειλον* vocatum [89]. Erhardius, qui nomen istud a similitudine quadam, quae huic stellioni sit cum notissima illa bellua tetra, ducendum esse censet, stellionem eum vulgarem [Dornechse] dicit „ein sonderbares, plumpes und hässliches, aber durchaus unschädliches Geschöpf, welches eine Länge von 1½′ erreicht [90].“

Parus insula quum nonnullos tantum rivos et eos non ita magnos habeat, piscium mentionem neglegeremus, qui fere desunt, quamquam mugiles auratos (Meeräschen) ex mari interdum in rivos ascendere, auctor est Erhardius [91]. Sed circa insulam piscium plenum est mare [92]. Iam veteres Parios piscando studuisse, ipsius Archilochi testimonio docemur. Etenim „*θαλάσσιος βίος*“, vita illa, quam despicit poeta [93], est „vita piscatorum, qui ex mari victitant et continuis in undis laboribus et periculis vexantur [94].“ Hinc igitur proficiscor, ut eodem referam Plinii locum quendam, quo simul docet, pisces circa Parum aliasque insulas nonnullas esse ita salsos, ut sale conditi haberi possint: „Nec illa in novissimis mira, amaros esse pisces ad Pelen insulam, — — rursus ita salsos ut possint salsamenta existumari circa Cephallaniam et Ampelon, Paron et Deli petras e. q. s. [95].“

---

86) cf. id., l. c. p. 52 sqq.

87) Hic Athenaei locorum duorum recordamur, ubi nobiles Naxi vicinae et Scyri caprae laudantur, XII. 540, D et I. 28, A.

88) cf. Erhard., l. c., p. 22.

89) cf. Ross., l. c., II. p. 30 sq. (epist. 16a).

90) cf. Erhard., l. c., p. 82.

91) cf. id., l. c., p. 86.

92) cf. id., l. c., p. 27.

93) v. supra, s. No. C, 8.

94) Verba sunt Liebelii, l. c., p. 82 ad fragm. X.

95) cf. Plin., l. c., XXXII. 19 (cap. 2, sect. 9).

E) Opificiorum artisque operum frequentiam et perfectionem qui eiusmodi rebus praeerant quum numquam ibi adiuverint, non eximie ea in Paro insula coli, consectarium est. Apices tantum tibialiaque acubus texi[96]), cilicia pannosque crassos ex lana ovium[97]) ac telam gossypiam[98]) confici, auctores sunt recentiores qui insulam lustraverunt, quae etiam in urbes Turcicas exportantur[99]).

F) Pro opportunitate[100]) bonisque insulae portubus incolas omnibus temporibus **mercaturam fecisse**, probabile est. Veteres quin marmoris negotiationem imprimis instituerent, quod in insula excidebatur inter omnia marmoris genera praeclarum, fieri non potuit. Nostra vero aetate marmor Parium quum neque exportetur neque excidatur, aliarum rerum tantum mercaturam faciunt incolae, quas insula gignit[101]). Rebus igitur nauticis quamquam student Parii, tamen non multae eis sunt naves[102]). Veteres auctores Pariorum res nauticas non commemorant. Attamen Parios eis studuisse, iam inde colligas, quod Parii Herodote auctore [VI. 133] Dario Graecis bellum illaturo navem unam suppeditabant, quod naves Pariae eodem auctore [VIII. 67] in Cythno insula subsidebant, quum pugna committeretur Salaminia, quode seorsum dicetur in altera huius scriptionis parte. Deinde

---

[96]) cf. Riedesel., l. c. (chap. III.), p. 260: „— — Parchia; c'est un petit endroit, où l'on fait beaucoup d'ouvrages en coton, des bonnets, des bas, la seule industrie de cette île etc.“ — Neigebaur. et Aldenhoven., l. c., II. p. 395.

[97]) cf. Neigebaur. et Aldenhoven., l. l.

[98]) cf. Tournefort., l. c., p. 78, a (v. not. 41). — Riedesel., l. l. (v. not. 96).

[99]) cf. Tournefort., l. c., p. 77, b sq. (v. not. 41). — Neigebaur. et Aldenhoven., l. l.

[100]) cf. Pasch di Krienen, l. c., p. 119: „Questo luogo è in ottima situazione, alle sponde del Porto, ed era questa anticamente una delle Città principali dell' Arcipelago.“

[101]) cf. Fiedler., l. c., II. p. 181: „Die Insel hat — — — ausser jenen Producten, die man ausführt, keinen Verkehr.“ — Tournefort., l. c., p. 77, b sq. (v. not. 41). — Thiersch., l. c., p. 595.

[102]) cf. Neigebaur. et Aldenhoven., l. c., II. p. 395: „Die Rhederei von Paros besteht aus einer Brigg von 250 Tonnen, womit der Eigenthümer auf dem schwarzen Meere fährt, und aus 52 kleineren Fahrzeugen.“

reputandum est illud, civitati non ita magnae ex sola mercatura eas redire potuisse opes, quibus Parum iam primis temporibus effloruisse mox comprobabimus. Tertium est hoc, quod opes civitatum maritimarum veteribus temporibus imprimis post bella Persica gesta rebus navalibus maxime nitebantur, ut Parios quoque, quorum civitatem etiam bellis Persicis finitis brevi tempore denuo effloruisse commemorabimus, illis usos esse, probabiliter conicias. Ad quod aptissime accommodabitur navium cuiusdam generis Parii memoria. Etenim cum omnibus populis, quorum commercium cum aliis populis frequens erat, tum Pariis peculiare navium genus fuisse, scholiastes Aristophanis affirmat eo loco, qui est de variis veterum populorum navibus. Nominatur igitur lemborum genus quoddam *ὁ [ἡ] παρών*, quod nomen derivandum sit a Paro insula eadem ratione, qua lembi alii ab aliis vel insulis vel urbibus nomen traxerint. Adicit enim scholiastes, veteres navibus imposuisse nomina sumpta ab urbibus, ubi primum eas fabricati essent[103]): „— — *κάνθαρον μὲν πρὸς τὰ προκείμενα εἴρηκεν, τὸ δέ Ναξιουργὴς οὕτως. τῶν γὰρ πλοίων τὰς εὑρούσας πόλεις τὰς ἀρχιτεκτονίας ἐκάλουν οἱ πρότεροι ἐπωνύμους, οἷον τοὺς νῦν λέμβους Ναξιουργεῖς ὠνόμαζον . ἐκ τοῦ αὐτοῦ δὲ εἶναι καὶ τὸ Κνιδιουργεῖς καὶ τὸν κέρκυρον ἀπὸ Κερκύρας καὶ τὸν πάρωνα ἀπὸ Πάρου.*“ Nihil iam videmus relicuum esse, nisi ut moneamus, Suidae locum quendam exstare, ex quo, paronas etiam aliis gentibus fuisse, eluceat[104]). Ut non profecto inepte agere videa-

[103]) cf. Schol. in Aristophan., Pac., v. 143. — Suid., s. tit. Ναξιουργὴς κάνθαρος: „πλοῖα ἦν οὕτω λεγόμενα κάνθαροι, ἐν Νάξῳ γινόμενα· ὡς νῦν σίλφας λέγουσί τινα ἀκατίων εἴδη. Κρατῖνος δὲ λέγει ὅτι θαλασσοκρατοῦντές ποτε Νάξιοι ἐχρῶντο αὐτοῖς τοῖς κανθάροις. ἢ οὕτως. τῶν πλοίων τὰς εὑρούσας πόλεις τὰς ἀρχιτεκτονίας ἐποίουν οἱ πρότεροι ἐπωνύμους· οἷον τοὺς νῦν λέμβους Ναξιουργεῖς ὠνόμαζον· ἐκ τοῦ αὐτοῦ δὲ εἶναι καὶ Κνιδιουργεῖς, καὶ Κέρκυρα ἀπὸ Κερκύρας· καὶ Πάρωνα ἀπὸ Πάρου κτλ.“

[104]) cf. Suid., s. v. Παρῶναι: „εἴδη πλοίων. ‘Ο δὲ ἔπλει παράπλους ποιησάμενος τοὺς Σιδητῶν παρῶνας. ἦκον γὰρ ‘Ροδίοις εἰς συμμαχίαν.“ — Quo loco quod genus istud navium non πάρωνες sed παρῶναι dicitur, minime me movet. Etenim magis placet, quod Bernhardyus [ad l. l., vol. II. 2, p. 133—134 in adnott.] Gaisfordii coniecturam laudat, pro „παρῶναι“ rescribendum esse „παρῶνας“ s. „πάρωνας“ [acc. plur. vocabuli πάρων] ex ipsius quae sequuntur verbis. [Nimirum sic pictum ΠΑΡΩΝΑϹ facile convertebatur in ΠΑΡΩΝΑΙ.]

tur, qui veteres paronibus in maribus vadosis usos esse censeat.

G) Unum restat, ut pauca addantur de insulae **opibus.** Effloruisse civitatem iam primis temporibus, cui ex lapicidinis marmoris imprimis tanta subsidia redirent ut ita dicam interna, probabile videtur [105]). Sed ei rei argumenta adhibeamus. Convenienter enim huic nostrae quaestioni, Parum opulentam fuisse, testatur Ephorus, qui ei eandem laudem, quam Herodotus Diodorusque Naxo [106]), tribuit dicens: „*Πάρον δὲ εὐδαιμονεστάτην* — — — *οὖσαν τότε* [i. e. quum Miltiades ei bellum inferebat] *τῶν Κυκλάδων κτλ.* [107])" Nec aliud nobis ea persuaserunt, quae scripsit Nepos: „Parum insulam opibus elatam e. q. s. [108])" Cuius rei obscurior etiam memoria est apud Herodotum, quo teste Miltiades septuaginta naves petiit a civibus, in terram sese eos ducturum esse promittens, ubi lucrarentur alienum. Naves igitur quas petiit quum exornassent Athenienses, Pariis Miltiades bellum intulit [109]). Bellorum igitur Persicorum aetate Parum insulam opulentam fuisse constat. Nec fere minus latet, civitatem iam ea aetate, quae antecedebat bellis Persicis, opulentam fuisse. Nam exeunte saeculo a. Ch. n. septimo Parii duas deduxerunt colonias, quae quantum creverit insula parva iam pristinis temporibus, satis superque testantur. Sed his nolo nunc immorari; de eis enim seorsum dicetur posthac. Posterioribus vero temporibus quum Parii nunc horum nunc illorum populorum imperiis tenerentur, labefactatae sunt eorum res, quae deinde sub Turcarum imperio ita sunt afflictae ac corruptae, ut insula nondum effloruerit.

Tournefortii aetate Parii vectigalia annua pendebant

---

105) cf. Fiedler., l. c, II. p. 179: „Paros war im Alterthume reich und mächtig u. s. w." — Thiersch., l. c., p. 585: „Die Insel Paros ist nach Naxos unter den Cykladen am meisten durch Quellen des inneren Reichthumes ausgezeichnet etc."

106) cf. Herodot., V. 28. — Diodor., V. 52.

107) cf. Ephor. apud Steph. Byz., s. v. Πάρος.

108) cf. Nepot., Miltiad., VII.

109) cf. Herodot., VI. 132.

4500 thalerorum[110]). Nunc paullum effloruisse videntur incolarum res[111]): nam anno 1831 p. Chr. Parii vectigalia annua pensitabant 35000 drachmarum[112]) [i. e. 9000 thal. Hispanic. sive 22000 floren. Rhen., i. e. plus quam 12000 thal.], quibus etiam maiora pendi possent, si ii, quorum hoc munus est, Pariorum quoque commodis consulere coeperint. Nam cum Cyclades tum Parus imprimis est „für die Krone Griechenlands eine bedeutende Besitzung und verdient die Vernachlässigung nicht, welcher sie von Seite der Regierung unterworfen ist[113]).“

§. 9. De incolis.

A) Exordior a **frequentia** incolarum, quae nunc quidem pro spatio insulae [c. 4¹/₅ □ M.] non ita magna dici potest. Ea quanta fuerit temporibus prioribus, non licet definire; sciendum est autem, celebritatem incolarum cum flore civitatis crevisse. Certe insula incolis frequens erat temporibus antiquis quum Parios tres colonias deduxisse traditum sit, licet veteres auctores, quanta fuerit incolarum frequentia, non prodiderint. Temporibus posterioribus quum magis corruerent et postremum omnino corrumperentur eorum res, multitudo hominum deminuebatur, ea potissimum aetate, qua Turcarum imperio tenebatur insula[1]). Nec augebatur frequentia incolarum quattuor annis illis, per quos in maribus istis domina-

---

[110]) cf. Tournefort., l. c., p. 77, b: „On y compte environ 1500 familles, taxées ordinairement à 4500 écus de capitation; mais en 1700 on leur en fit payer 6000 & 7000 pour la taille réelle.“

[111]) cf. Nejgebaur. et Aldenhoven., l. c., II. p. 395.

[112]) cf. Thiersch., l. c., p. 596. — Neigebaur. et Aldenhoven., l. c., II. p. 394: „Die Zehnten wurden in den letzten Jahren für 30,000 Drachmen verpachtet. Die Zölle tragen jährlich etwa 10,000, die Viehabgabe 4000 Drachmen ein.“

[113]) cf. Erhard., l. c., p. 3.

[1]) cf. Thevenot., l. c., p. 331: „Il y a environ six mille ames.“ — Tournefort., l. c., p. 77, b: „On y compte environ 1500 familles — —.“ Quodsi familiam quattuor hominum ponere licet, frequentia efficitur sex milium incolarum.

bantur Russi Parumque insulam sedem belli habebant[2]), ut pace facta quum sub Turcarum imperio insulae pristinae redirent miseriae, illa esset minima[3]). Bellis deinde Graeciae liberandae caussa susceptis, permulti cadebant incolae. Etiam maior erat frequentia illorum, qui absumebantur peste per duos annos (1823 et 1824) insulam urente, ut nostris diebus insulae celebritas quinque milium tantum hominum esse videatur, licet de ea diversissime statuerint recentiores, qui insulam saltem magis frequentari comprobant[4]).

B) Ad proxima pergimus ut, quae fuerit et quae sit **natura** Pariorum, patefiat.

Ac primum, quae fuerit natura Pariorum veterum, ex duabus quae apud veteres auctores exstant narratiunculis enucleare lubet. Quarum altera est haec, promissis non stetisse Parios, quum Miltiades urbem obsideret. De qua re quoniam iterum dicendum infra est, hic quidem breviter monemus, Ephoro Eustathioque auctoribus, quos probabiliter secuti sunt Suidas, Zenobius Diogenianusque, „*ἀναπαριάζειν*“ in ore vulgi fuisse atque in communibus proverbiis versatum esse, quo notaretur is, qui fidem datam foede retractavisset: „*ἀπὸ ταύτης* [i. e. *ἀπὸ Πάρου τῆς νήσου*] *λέγεται παροιμία τὸ ἀναπαριάζειν, ὡς Ἔφορος ἐν δεκάτῳ· Ὁ δὲ Μιλτιάδης τῶν*

---

2) cf. Pasch di Krienen, l. c., p. 122 ex.: „La popolazione di questi cinque Villaggi [Levches, Costa, Traula, Marmora, Cepido] si calcola a sei mila anime in circa, e quella di tutta l'Isola a ottomila quattrocento anime.“ — Affirmat Choiseul Gouffier [l. c., p. 65], incolarum numerum minimum esse, quum Russi eos expulissent, eumque [l. c., p. 66] duorum milium hominum notat. — cf. Sauveboeuf., aequalis illius, qui l. c., II. p. 192 contendit, pulcros insulae esse pagos, [incolis frequentes]. Sic enim interpretati sumus verba eius „schöne Dörfer und zahlreiche Einwohner“.

3) cf. van Kinsbergen, l. c., p. 131, qui insulam a septingentis tantum hominibus habitari dicit.

4) Frequentia incolarum totius insulae a. 1831 Thierschio [l. c., p. 594] auctore erat IV CIƆIƆCCXXXX homin., IV CIƆCCXXV scilicet κατοίκων, IƆXV παροίκων. — cf. Ross., l. c., I. p. 52: „Paros — — hat — — jetzt nur 5300 Einwohner. — — Vor der Revolution soll Paros beträchtlich viel mehr Einwohner gehabt haben; aber die Pest, die in den Jahren 1823—1824 hier wüthete, hat eine bedeutende Menschenzahl weggerafft.“ Idem [ibid.] est auctor, partem insulae meridiem versus patentem esse „desertam“.

μὲν ἄλλων νήσων τινὰς ἀποβάσεις ποιησάμενος ἐπόρθησε, Πάρον δὲ εὐδαιμονεστάτην καὶ μεγίστην οὖσαν τότε τῶν Κυκλάδων, καθεζόμενος ἐπολιόρκει πολὺν χρόνον τῆς θαλάττης εἴργων καὶ κατὰ γῆν μηχανήματα ἄγων. ἤδη δὲ τῶν τειχῶν πιπτόντων καὶ ἐπὶ τὸ παραδιδόναι τὴν πόλιν (τῶν Παρίων) διωμολογημένων, ὕλης τινὸς ἐξ αὐτομάτου περὶ τὴν Μύκονον ἐξαφθείσης, οἱ μὲν Πάριοι τὸν Δᾶτιν αὐτοῖς πυρσεύειν ὑπολαβόντες ἐψεύσαντο τὰς ὁμολογίας καὶ τὴν πόλιν οὐκέτι τῷ Μιλτιάδῃ παρέδοσαν. ὅθεν φασὶν ἔτι καὶ νῦν ἡμᾶς χρῆσθαι τῇ παροιμίᾳ, τοὺς ψευδομένους τὰς ὁμολογίας ἀναπαριάζειν φάσκοντας[5]).“

Altera narratio est apud Herodotum haece: „— — *ἡ Μίλητος αὐτή τε ἑωυτῆς μάλιστα δὴ τότε ἀκμάσασα, καὶ δὴ καὶ τῆς Ἰωνίης ἦν πρόσχημα· κατύπερθε δὲ τούτων, ἐπὶ δύο γενεὰς ἀνδρῶν νοσήσασα ἐς τὰ μάλιστα στάσι, μέχρι οὗ μιν Πάριοι κατήρτισαν. τούτους γὰρ καταρτιστῆρας ἐκ πάντων Ἑλλήνων εἵλοντο οἱ Μιλήσιοι*[6]).“ Parii igitur Milesiorum lustraverunt agros, quos qui optime coluissent, ut cognoscerentur — „*διεξελάσαντες δὲ πᾶσαν τὴν χώρην, καὶ σπανίους εὑρόντες τούτους, ὡς τάχιστα κατέβησαν ἐς τὸ ἄστυ, ἁλίην ποιησάμενοι, ἀπέδεξαν τούτους μὲν τὴν πόλιν νέμειν, τῶν εὗρον τοὺς ἀγροὺς εὖ ἐξεργασμένους· δοκέειν γὰρ ἔφασαν καὶ τῶν δημοσίων οὕτω δή σφεας ἐπιμελήσεσθαι ὥσπερ τῶν σφετέρων. τοὺς δὲ ἄλλους Μιλησίους, τοὺς πρὶν στασιάζοντας, τούτων ἔταξαν πείθεσθαι*[7]).“ Quodsi Parii simplici ista ratione optimo imperii genere constituerunt rem publicam

---

[5]) cf. Ephor. apud Steph. Byz., s. v. Πάρος. — Cf. Eustath., comment. in Dion. Perieg., v. 525 (v. § 1, not. 6). — Suid., s. v. Ἀνεπαρίασαν: „εἰς μετάμελον ἦλθον. ἐπειδὴ οἱ Πάριοι, πολεμούμενοι ὑπὸ Ἀθηναίων, ἀνοχὰς τὸ πρῶτον αἰτήσαντες ἐπὶ τῷ δοῦναι τὴν πόλιν, εἶτα συμμαχίαν ποθὲν προσδοκήσαντες ἔλυσαν τὰ ὁμολογηθέντα.“ — Zenob., II. 21 [in „Corp. paroemiogr. Graec.,“ edit. Leutsch. et Schneidewin., tom. I. p. 38]: „Ἀνεπαρίασαν. ἐπὶ τῶν μεταγινωσκόντων καὶ μετατρεπομένων εἴρηται ἡ παροιμία. Ἐπειδὴ οἱ Πάριοι πολεμούμενοι ὑπὸ Ἀθηναίων καὶ ἀνοχὰς παρ᾽ αὐτῶν αἰτήσαντες καὶ τυχόντες ἐπὶ ὑποσχέσει τοῦ παραδώσειν τὴν πόλιν, εἶτα προσδοκήσαντες συμμαχίαν ἥξειν ποθὲν, ἔλυσαν τὰ ὁμολογούμενα.“ — Diogenian., II. 35 [in „Corp. paroemiogr. Graec.“, edit. laudat., tom. I. p. 200 sq.]: „Ἀνεπαρίασαν· ἐπὶ τῶν μεταγινωσκόντων ἐπί τινι. Οἱ γὰρ Πάριοι ὁμολογήσαντες παραδώσειν Ἀθηναίοις τὴν πόλιν, ὕστερον μετέγνωσαν.“ — De re ipsa dicetur infra, part. II. § 9.

[6]) cf. Herodot., V. 28.

[7]) cf. Herodot., V. 29.

turbis seditionibusque misere vexatam, ut tempore seditionis Ionum maxime floreret; non iniuste eos eximiae et sapientiae et abstinentiae fama tantopere nobilitatos fuisse consequitur, ut Milesii eos inter omnes Graecos arbitros sibi elegerint.

Satis de Pariis veteribus dictum; progrediamur ad naturam Pariorum qui nunc sunt tractandam. Ac primum certe dubitari potest, Pariis etiam nunc famam illam vindicandam esse. Quamquam auctor est Tournefortius, recentiore etiam aetate ab insulanis vicinis Parios maxime arbitros litium esse delectos[8]). At Choiseul Gouffier affirmat, Parios fanaticos esse ac superstitiosos[9]); quod probatur quodam Thierschii loco, ubi monachum testem excitat, incolas pios quidem esse ac probos, sed inscios et superstitiosos, ut nimis ducantur opinionibus temere conceptis; duas quidem in insula patere scholas, Naussae alteram, alteram Paroikiae, quas tamen non multi adeant discipuli, parentibus liberos educandos parum curantibus; sciendum esse praeterea, industriam ac sollertiam incolarum non excitari: quid mirum? non opulentos esse Parios, immo vero plurimos vix habere, unde vivant[10]). Illorum testimoniorum discrepantia iam quomodo solvetur? Equidem tantum intellego, utrumque auctorem de Pariis acerbius existimasse. Debemus enim recordari, et inscitiam et inopiam Pariorum ex eis maxime rebus esse repetendas, quibus per quattuor saecula novissima gravissime sunt afflicti. Quorum aliquid sensisse videtur Fiedlerus, qui veterum Pariorum eximia sapientia laudata[11]), Pariorum qui nunc sunt naturam non habuit quo notaret[12]).

---

[8]) cf. Tournefort., l. c., p. 78, a: „Les habitans de Paros ont toûjours passé pour gens de bon sens, & les Grecs des Isles voisines les prennent souvent pour arbitres de leurs différens. Cela me fait souvenir du choix que les Milesiens firent autrefois de quelques sages Pariens, pour mettre une forme de gouvernement dans leur ville ruinée par les seditions e. q. s."

[9]) cf. Choiseul Gouffier, l. c., p. 66.

[10]) cf. Thiersch., l. c., p. 595.

[11]) cf. Fiedler., l. c., II. p. 179: „— — — seine Einwohner galten für besonders weise, sie wurden daher oft [?] als Schiedsrichter aufgerufen."

[12]) cf. id., l. c., II. p. 182: „— — die Bewohner der Stadt lernte ich zu wenig kennen, — — ich kann daher nicht sagen, ob sie noch so weise sind, wie die alten Parier."

C) Convenienter eis, quae modo diximus, singularem Pariorum **pietatem** monasteriorum quae exstant in insula testatur frequentia, quorum opportuno loco sedecim vel septendecim enumerabimus [13]). Atque eodem pertinet, quode alibi disputabimus [14]), magnam in insula esse hominum piis curis viventium celebritatem, licet multi eorum aetate illa, qua pestis urebat insulam, nati videantur. *Ἀσκηταὶ* isti s. *ἀσκητάδες* etiam nunc monasterium tenent in parte insulae, quae ad meridiem patet, deserta situm, auctore Rossio [15]). Addendum est, incolas omnes Graecae quam dicunt ecclesiae esse addictos, unam tantum familiam fidem profiteri catholicam romanam [16]).

D) Imperatores Latini Archipelagique Duces agros omnes Ducibus tribuerunt dominisque generum nobilium, qui domicilia ibi collocaverant. Quo factum est, ut indigenarum Graecorum egestate perditorum alii fundos quarta parte quaestus conducerent coloni, alii nautae, alii piscatores, alii opifices essent et ita **res ad victum cultumque necessarias quaererent.** Nunc quidem nostra in insula nec nobilitas illa Latina, nec colonia eorum floret, excepta progenie gentis illius Venetae nobilis Crisporum [17]). Attamen nondum revocaverunt Parii vires pristinas, immo vero condicionibus saeculorum novissimorum tristissimis fracti animo demisso vitam degunt sollicitam. Paroikiae triginta fere familiae agrorum fructibus vivunt, quos praebent coloni. Nominantur isti nobiles „*εὐγενεῖς*". Praeterea incolarum plurimi ipsi agros colunt vel greges pascunt vel nautae vel piscatores vitam tolerant. Earum tantum rerum mercaturam facere incolas, quas insula gignit, iam supra tetigimus. Quod ad piscatorum vitam attinet, etiam Archilochi aetate Parios eum sibi quaestum constituisse, ipso poeta auctore supra monuimus. Adde quod possessiones, quae quondam pertinebant ad monasteria nunc

---

[13]) v. part. II. § 27 sub fin.

[14]) v. ibid., § 30 extr.

[15]) cf. Ross., l. c., I. p. 52.

[16]) cf. Neigebaur. et Aldenhoven., l. c., II. p. 395.

[17]) cf. Thiersch., l. c., p. 593.

omnino derelicta, a singulis administrantur ad commoda communia [18]).

E) Pauca restant secundaria, quae non sunt silentio praetermittenda. Eorum gravissimum est hoc, quod, quum ira acerbissima sese persequantur incolae eisque lenius parcat, penes quem est summa potestas [19]), **infesta est omnis insula.** Quo fit, ut cives multi in Cretam Chiumque insulas transmigrent ideoque diminuatur incolarum frequentia [20]). His non dissimilia sunt ea, quae Pariis complures exprobraverunt auctores **de moribus querentes corruptis** [21]). At dubitationem tamen ea res habet. Etenim non desunt, qui contrariam morum rationem arguant [22]), quo effici certe possit, ut ii, qui acerbius Pariorum mores castigaverint, non perspexisse videantur, quales sint condiciones omnium gentium, quae illas incolunt regiones.

F) Unum restat, quod paucis verbis tangatur. Eximia venustate praeter mulieres Spartanas mulieres illarum insu-

---

18) cf. id., ibid.

19) cf. Erhard., l. c., p. 3.

20) v. Thiersch., l. c., p. 594. — cf. Riedesel., l. c. (chap. VIII), p. 324: „Les Grecs modernes sont encore tels que l'histoire nous dépeint les anciens, jaloux les uns des autres et vains de la grandeur de leur pays, — — — — à Paros les hommes sont misérables et les femmes libertines.“ — Id., l. c. (chap. III), p. 263 (v. not. 21).

21) cf. Neigebaur. et Aldenhoven., l. c., II. p. 395. — Riedesel., l. c. (chap. VIII), p. 322: „Les femmes des îles sont libres, mais décentes et sages: j'en excepte cependant celles d'Argentière et de Paros.“ — Id., l. c., p. 324 (v. not. 20). — Id., l. c. (chap. III), p. 263: „Elles [les femmes de Paros] sont d'ailleurs aussi libertines, que les hommes sont pauvres et misérables; de sorte que les corsaires maltois, dans leurs courses, trouvent ici leur Cythère.“

22) cf. Sonini, „Reise nach Griechenland und der Türkei,“ [aus dem Französischen übersetzt von Ch. Weyland, Berlin 1801] p. 228: „Man findet bei ihnen [den Insulanern] die eheliche Liebe in ihrer ganzen Stärke, und dies ist eine von den achtungswerthesten Tugenden, die man an den neuern Griechen zu rühmen hat.“ — Id., l. c., p. 218 sq. — Id., l. c., p. 205: „Die Lebensart der Griechen im Archipel ist äusserst einfach.“ — Id., l. c., p. 197. — Id., l. c., p. 205: „Es ist in der That ausser allem Zweifel, dass das Sittenverderbniss, das dem weiblichen Geschlechte — — — so bitter vorgeworfen wird, wenigstens heut zu Tage nicht mehr statt hat.“

larum cepisse veterum virorum animos, satis notum est[23]. **Parias mulieres pulcritudine corporum claras fuisse,** non deest testimonium. Locus quo nitimur est apud scholiasten Aristophanis, ubi proverbium expromitur, quo Parus laudatur, quod aquas habeat frigidas feminasque venustate eximias. Qua in re nolo nunc exspatiari longius: explicatius scholiastae testimonium a gravissima dubitatione liberare supra molitus sum[24], ut verbum non amplius addam. Hoc unum adicio, Riedeselium quoque affirmare, in Paro insula sese conspexisse virgines lepidissimas tempore diei sollennis cuiusdam[25].

§. 10. De numis.

Notos fuisse veteribus temporibus numos Parios, testis est Simonides Ceus, drachmarum Pariarum mentionem fa-

---

23) Spartam pulcerrimas tulisse mulieres, affirmat Athenaeus, XIII. 566, A. Formosissimas mulieres Tenedum alere, idem auctor est, XIII. 609, E. Pulcritudinis certamina mulierum apud Tenedios instituta esse, idem, XIII. 610, A narrat, neque minus apud Lesbios, ubi certe pulcras mulieres fuisse iam ex Homeri Iliad. IX. 128 sqq. suspiceris. — In Teno insula venustas esse mulieres, Thevenotius, l. c. (chap. LXVII), I. p. 332 sq. affirmat, postquam mulieribus Naxiis, l. c. (chap. LXVI), I. p. 331 eandem laudem tribuit.

24) v. supra, § 5. B.

25) cf. Riedesel., l. c. (chap. III), p. 262 sq.: „La veille de Saint-Jean, vieux style, je vis à Paros une cérémonie singulière, qui me rappela les anciens mystères de Cérès à Eleusis. Toutes les filles de l'île vont puiser ce soir-là, quelques heures après le coucher du soleil, de l'eau dans une fontaine hors de la ville, qu'elles apportent soigneusement chez elles; elles y mettent des fruits, qu'elles en retirent le lendemain pour faire leur horoscope, et savoir, si elles seront mariées cette année-là ou non. Elles y sont toutes seules, sans hommes, sans leurs mères, et l'on m'assura qu'il leur étoit défendu, de parler pendant tout le tems de cette procession. Je les suivis pour les observer, et m'apperçus bien qu'il étoit impossible que tant de femmes réunies pussent garder le silence pendant tout ce tems. J'eus le plaisir de contempler à cette occasion la plus belle personne que j'eusse vue pendant tout mon voyage, et la seule que l'on pouvoit regarder comme une véritable beauté grecque; elle étoit de Tiné et se trouvoit alors chez ses parens à Paros. Les femmes de Paros passent pour être les meilleures danseuses des îles, et en effet elles dansent fort bien la romeca, danse grecque très-noble etc.“ — Sonini, l. c., p. 198. — Ross., l. c., II. p. 25 (epist. 16 a).

ciens, quarum signum sit caper: „*Δραχμαὶ Πάριαι, τῶν ἐπίσημα τράγος*[1]).“ Exstant etiam nunc veteres nonnulli numi, inscripti *ΠΑΡΙ*, quorum signum non aliter ac Simonides tradidit est caper nunc stans nunc currens. Hirci vel caprae typi quid significent, diiudicare non licet[2]). Verum quod vulgo creditur[3]), tribuendos esse eos Pario, Propontidis urbi, id quidem prorsus falso credi sciendum est[4]).

---

1) cf. Simonid. Ceus apud Diog. Laert., IV. 6, 21: „ἕτερος [scl. Ἀρκεσίλαος], ἀγαλματοποιός· εἰς ὃν καὶ Σιμωνίδης ἐποίησεν ἐπίγραμμα τουτί·

> Ἀρτέμιδος τόδ' ἄγαλμα. διηκόσιαι γὰρ ὁ μισθὸς
> Δραχμαὶ ταὶ Πάριαι, τῶν ἐπίσημα τράγος.
> Ἀσκητὸς δ' ἐποίησεν Ἀθηναίης παλάμῃσιν
> Ἄξιος Ἀρκεσίλας υἱὸς Ἀριστοδίκου.“

[In mss. legitur „ἐπίσημ' Ἄρατος“, in Brunck., anal., I. p. 141 sq. (Simonid. fragm. 80) „ἐπίσημ' ἄκατος“.] „Heyne's Verbesserung [„ἐπίσημα τράγος“] ist unzweifelhaft, selbst wenn die erhaltenen Münzen von Parion wären, da die Tochterstadt stets das Gepräge des Mutterstaats beibehalten haben kann.“ Verba sunt Vateri, l. c., p. 287, a, not. 11.

2) cf. Raschius, lexic. un. rei numar., III. 2, p. 590: „De typis aliis, hirco vel capra, propter materiae inopiam vix quicquam dicere licet, de Paro enim parce tractarunt veteres. Per id genus typorum intelligi pascuorum bonitatem, vix credamus, cum eam infructuosum solum dixerit Plinius.“ [Equidem crediderim, id ipsum intellegendum et ad vitium maxime culturam illud referendum esse; nam Parum insulam ex parte saltem fertilem fuisse, supra dixi.]

3) cf. Rasch., l. l. — Eckhel., doctr. num. vet., II. p. 459.

4) cf. Vater., l. c., p. 287, a. — J. Brandis, ‚Das Münz- Mess- und Gewichtswesen in Vorderasien bis auf Alex. d. G.‘ [Berlin, 1866], p. 211: „— — die Städte des thrakischen Chersones den äginäischen Münzfuss annehmen. Auch Thasos hat in der älteren Zeit nach letzterem Gewichte geprägt. Für den geschichtlichen Zusammenhang braucht nur daran erinnert zu werden, dass die vorzugsweise von Euboea aus colonisirten chalkidischen Städte in den engsten Beziehungen zu Athen standen, dass ferner Thasos von Paros aus, der thrakische Chersones von Miltiades noch vor Solons Tode colonisirt worden ist, als in Athen der neue attische Münzfuss zwar bereits eingeführt, aber die alte Rechnung nach äginäischem Gelde daneben wohl noch ebenso üblich war, wie auf den Kykladen, in Aegina, in Kreta und im Peloponnes.“ Id., l. c., p. 314: „In Parion sind erst in späterer Zeit aber noch vor Alexander in Silber Tetrobolen kleinasiatischer Währung zu 2,47 Gr. Maximalgewicht mit Medusenhaupt und dem rückblickendem Stier und gleichzeitig stark legirte Sechstel phokaischen Fusses zu 2,55 Gr. geschlagen worden, wenn man nämlich die mit Demeterkopf und dem stossenden Stier oder mit Dreifuss bezeichneten Hekten in der That dorthin bringen darf; erst

Quo maiores igitur sunt difficultates, quibus implicari oportet quemvis de Pariorum numis legentem; eo difficilius est, imprimis tironi, numorum illorum, quorum mentionem fecit Raschius [5]), quinam Parum spectent eligere. Paro enim insulae „adscribuntur a pluribus numi argentei *ΠΑΡΙ* inscripti, cum larva, quae caput Medusae vel Gorgonis vulgo nuncupatur [6])". — Sed etiamsi Raschius, consentiente Eckhelio, eos ad Parium Ponticam urbem relegandos esse censuit [7]), Parios potius quam Parianos numos crediderim habendos esse hosce:

1) Adv. Larva exerta lingua serpentibus horrens.
   Av. *ΠΑΡΙ* . Bos stans et respiciens, infra quem ramus. Æ. 3.
2) Alius, sed infra astrum. Æ. 33 pd.
3) Alius, sed infra corona. Æ. 3.
4) Alius, sed infra apis. Æ. 34 pd.
5) Alius, sed infra scutum. Æ. 35 pd.
6) Alius, sed sub tauro galea.
7) Alius, sed sub tauro spica, fertilitatis nota.
8) Alius, sed ante taurum tripus.

---

nach Alexander kommt das Tetradrachmon zu 13,58 Gr. vor. Die Unterscheidung der älteren Münzen von Parion und Paros ist um so schwieriger, da sie Aufschrift und Münzfuss mit einander gemein haben. Indess haben die Parianer andere Nominale geprägt wie die Parier, diese Didrachmen und Drachmen (zu 6,69 u. 3,34 Gr.), jene Tetrabolen und Tetradrachmen. Dies und der Fundort entscheidet."

5) cf. Rasch., l. c., p. 582 sq. — Numi Pariani ex signis internoti per indices describuntur apud Brand., l. c., p. 410; 442; 554.

6) cf. Rasch., l. c., p. 590 coll. p. 581 sq. — Cf. Brand., l. c., p. 134, not.: „Vgl. Leake, As Gr., 93. Borrell, N. C., 6. 157 [‚Numismatic Chronicle', VI. 157] weist nach dem Fundort die Silbermünzen mit Demeterkopf und ΠΑΡΙ in Epheukranz, von denen Prokesch In. 1854 [Prokesch, ‚Inedita meiner Sammlung autonomer griech. M.,' in ‚Denkschr. der Wiener Akad. 1854'] zwei Nominale zu 6,69 Gr. (= 126) und zu 3,34 Gr. (= 64) anführt, der Insel Paros zu." Unum addere libet. G. Brambachius, studiorum Bonnensium socius suavissimus, per litteras mihi tradidit, esse in museo numario Friburgensi numum quendam argenteum Parianum, donum baronis Prokeschii: ΓΑΡΙ . bos stans. Av. caput gorgonae adv.

7) cf. Rasch., l. c., p. 590. — Eckhel., l. l.

9) Adv. Eadem larva, supra monogr. (195).
Av. *ΠΑΡΙ*. Bos capite retroverso stans ad s., infra lauri ramus. *Æ*. $35^1/_2$ pd.
10) Adv. Idem caput Medusae vel larva.
Av. *ΠΑΡΙ*. Caput muliebre corona oleagina cinctum. *Æ*.

Sed cave, Parios numos eos esse pro certo habeas. Periclitari tantum voluimus, numorum argenteorum, qui num Pario urbi assignentur, an Paro insulae tribuantur admodum ambigunt viri docti, nonnullos eligere, qui ob magnam inscriptionum similitudinem Paro insulae tribuendi videantur, litem diiudicare non conati.

Iam multi sunt numi, qui Paro insulae soli vindicandi censentur.

I. Autonomi.

a. Argentei.

1) Adv. Caput imberbe hedera redimitum ad. d.
Av. *ΣΙΛΗΝΟΣ ΠΑΡΙΩΝ.* Silenus Pariorum. Mulier cistae vimineae insidens ad s., d. querci ramum, s. scipionem vel hastam tenens. $233^3/_4$ pd.[8])
2) Adv. Caput muliebre fascia redimitum ad. d.
Av. Caper st. ad. d. desuper *ΓΕΙΣΗΝΙ*. *ΠΑΡΙ*[9]).
3) Adv. Caput muliebre.
Av. *ΠΑΡΙ*. *ΧΑΙΡΙ*. intra coronam hederaceam[10]).
4) Adv. Caput muliebre spicis ornatum ad. d.
Av. *ΠΑΡ*. in corona hederacea. $50^1/_2$ pd.[11])
5) Adv. caput deae Vestae velatum.
Av. Pegasus volitans in corona laurea[12]).
6) Adv. Gorgonis caput.
Av. ... *Α*. Ancora[13]).

---

[8]) cf. Rasch., l. c., p. 590. — Eckhel., l. c., p. 333.

[9]) Nomen mutile magistratus; cf. Rasch., l. l.

[10]) cf. Wise, Cat. Num. Bodl., p. 6, 130: „Magistratus mutilum itidem nomen Chaeris vel aliud simile viri nomen interpretari possumus.“ — Rasch., l. c., p. 591.

[11]) cf. id., ibid.

[12]) cf. id., ibid.

[13]) cf. id., ibid.

7) Adv. Caput Medusae.
Av. *ΠΑΡΙΩΝ* . Taurus st. et respiciens ante tripodem [14].

b. Aenei.

1) Adv. Caput diadematum.
Av. *ΠΑΡΙ* . Capra Æ. 3 [15].
2) Adv. Caput muliebre.
Av. *ΠΑΡΙ*. . Capra stans. Æ. 3 [16].
3) Adv. Caput muliebre.
Av. *ΠΑΡΙ* . Rupicapra et in area botrus. Æ. 4 [17].
4) Adv. Caput iuvenile laureatum ad. d.
Av. *ΠΑΡΙ* . Hircus stans ad. d. in area stella. Æ. 4 [18].
5) Alius, sed in aversa signum incusum dubium. Æ. 3 [19].
6) Alius, sed caper cornupeta. Æ. 3 [20].
7) Adv. Caput iuvenile spicis coronatum.
Av. *ΠΑ* . Caper stans. Æ. 3 [21].
8) Adv. Caput inberbe galeatum pectore tenus ad. d.
Av. *ΠΑΡΙ* . Fulmen alatum. Æ. 3 [22].
9) Adv. Caput Bacchi corona hederacea cinctum.
Av. Litterae *ΠΑΡ* . monogr. (4) iunctae et pegasus, (ut eorum ex Corinthiis origo designetur) [23].
10) Alius similis, ubi insuper monogr. (147) litterarum *ΚΟΡ* Corinthi nominis [24].

II. Imperatorii.

Relicuum est, ut dubitationem commemoremus, quae est de numis imperialibus. Enumerat enim Raschius [25]) numos

[14]) cf. id., ibid.
[15]) cf. id., ibid.
[16]) cf. id., ibid.
[17]) cf. id., ibid.
[18]) cf. id., ibid.
[19]) cf. id., ibid.
[20]) cf. id., ibid.
[21]) cf. id., ibid.
[22]) cf. id., ibid.
[23]) cf. id., ibid.
[24]) cf. id., l. c., p. 592.
[25]) cf. id., l. c., p. 583 sq.

nonnullos, in quibus incusae sint litterae COL . PARIA . IUL . AUG. vel similes. Eos quoque Pario Propontidis urbi tribuit auctor consentiente Eckhelio[26]). Quam rem ut comprobet, affirmat Raschius: „Cum Parium ab Augusto coloniae Romanae iura receperit, dubitari vix potest, eam Augusti et ceterorum Imperatorum nominibus numos procudisse, cuiusmodi serius aut citius e terrae visceribus eruentur[27])" Quum de colonia Pariana non expresse in illis numis fiat mentio, cur nostram insulam non ipsam ii coloniam declarent, nihil caussae est, siquidem Paro quoque Imperatores favisse constat. Quae enim occurunt nobis profecta quidem a viro docto et erudito, Eckhelio, l. l. negante, Parum insulam coloniae Romanae nomen habuisse, nihil valent[28]). Certissime Parum etiam Imperatorum Romanorum aetate quodam modo sui iuris fuisse, apparebit posthac[29]), ut eam coloniae Romanae iura vel ab Augusto vel ab alio Imperatore accepisse eorumque nominibus numos procudisse suspicari liceat. Praeterea memorabile est, Parios quoque Imperatoribus Romanis non solum aras erexisse, verum etiam divino cultu eos coluisse, testante inscriptione quadam, quam ex ultimorum Imperatorum Romanorum aetatibus exstantem alio loco afferemus[30]). Sed nil nisi coniecturam tamen esse monemus, coloniae nomen insulae probabiliter fuisse, eamque nomen Iuliae a Iulio Caesare duxisse, Augustae autem nomen praetulisse utpote a veteranis colonis frequentatam[31]). Id ipsum enim, quod nos suspicari diximus, tantum habet difficultatis, ut litem vix aliquis diiudicaturus sit, nisi in re numaria subtiliter versatus sit integreque iudicet, id quod supra vires est quibus utitur tiro.

---

[26]) cf. Eckhel., l. c., p. 459.

[27]) cf. Rasch., l., c. p. 583.

[28]) cf. Vater., l. c., p. 287, b, not. 19: „Demnach ist es klar, dass Paros auch unter der römischen Herrschaft begünstigt und gewissermassen selbstständig gewesen sei. Hierdurch wird der Hauptgrund Eckhel's, einige Münzen an Parion, nicht an Paros zu vertheilen, beseitigt, da Paros eben so wol als Parion den Ehrentitel Colonia gehabt haben kann."

[29]) v. part. III. I. § 19.

[30]) v. part. IV. § 14.

[31]) Haec fere Raschius, l. c., p. 580 de Pario urbe memorat.

De numis Parianis observavit Raschius: „Ante Hadrianum, qui multis beneficiis civitatem ornavit ex auxit, solae litterae C. G. I. P. in numis leguntur; at sub eo eiusque successoribus constanter C. G. I. H. P. **C**olonia **G**emella **I**ulia **H**adriana **P**ariana[32]).“ — Iam cum ex Antonini Pii, M. Aurelii et L. Veri Imperatorum post Hadriani tempora florentium aetatibus enumerentur numi quattuor, quibus litterae supra allatae inscriptae inveniuntur COL . PARIA . IUL . AUG.; haud scimus, an ii ad Parum insulam potius referendi sint. Sunt autem hice:

1) Antonini Pii] c. epigr. C . PARIA . IUL . AUG.[33])

2) M. Aurelii Antonini.]
Adv. IMP . M . AUR . ANTONINUS . Caput laur.
Av. COL . PARIA . IUL . AUG . Genius st. cum calatho in capite, d. signum militare, s. c. c. *Æ.* 2[34]).

3) Eiusdem.]
Adv. .... *M ... AY .. ANTΩNIN* ... Caput M. Aurelii laur.
Av. *ΠAPIΩN* . Pariorum. Caput galeatum pectore tenus. *Æ.* 1[35]).

4) L. Veri.]
Adv. IMP . CAES . L. AUREL . VERUS. Huius caput laur.
Av. COL . IUL . AUG . PARIA . IS. Fortuna tutulata stans, d. temonem, s. c. c.[36]).

Quam rem difficillimam sane ad tractandum quum multi alii diiudicare ausi non sint, nec eam quaestionem solverit Vaterus[37]); nobis certe ignoscetur, qui in re numaria operam non posuimus, eo in genere si quid peccavimus.

---

[32]) cf. Rasch., l. c., p. 583 coll. p. 587: „Colonia Pariana Mysiae fere constanter usa est litteris solitariis, neque umquam, saltem in numis certis AUGustae adpellationem addit.“

[33]) cf. Rasch., l. c., p. 583.

[34]) cf. id., l. c., p 584.

[35]) cf. id., ibid.

[36]) cf. id., ibid.

[37]) cf. Vater., l. c., p. 298, b: „Jedoch kommt wol Paros auf Münzen auch unter dem Ehrennamen einer römischen Colonie vor“

§. 11. De monumentis veterum temporum.

Ultimo loco reservavi memoriam monumentorum quae ex veteribus temporibus exstant Pariorum. „An Alterthümern ist Paros zu allen Zeiten ergiebig gewesen, auch an Inschriften [1]).“

Verum ut ab inscriptionibus Pariis fiat initium; omnium quae adhuc in insula repertae sunt inscriptionum longe gravissimi momenti est chronicon Parium quod dicunt s. marmor Parium. Protraxerunt hoc marmor ineunte saeculo decimo septimo ex sacelli cuiusdam inter meridiem et occasum solis haud procul a Paroikia urbe siti ruderibus, quae quidem nunc prorsus desunt [2]). Variis deinde casibus iactabatur, donec Thomas Arundellius, vir Britannus perillustris, id emit ac statuendum curavit in horto suo a. p. Chr. 1627 [3]). Denique a. 1667 Henricus Howardius, qui illius adiit hereditatem, marmor universitati Oxoniensi dono dedit [4]). Reliqua, quae de eius inscriptione gravissima dicenda sunt, ne praeter modum crescat commentatio, aptius nunc omittuntur. Nec equidem habeo, quod diligenti Ecksteinii disputationi adiciam, quae inscribitur „Parische Marmorchronik“ in Erschii Gruberique Encyclopaedia artium litterarnmque universali, III. 12, p. 109—115. Cui adde solidae doctrinae copias Boeckhii in eius Corp. Inscr. Graec., Nro. 2374 [vol. II. p. 293—343]; cuius ingenii aciem nescio an mentis prudentiam pluris faciam cum immensa coniunctam et linguarum et historiae eruditione, qua omnes reprobravit errores, a quibus cum alii auctores tum Gibertus sibi non potuit cavere in dissertatione sua quae inscribitur „Observations sur la chronique de Paros“ in ‚Mém. de litterat. tirés des reg. de l'academ. des inscript.‘, p. 38; 90—132. Alias inscriptiones posterioribus temporibus permultas in alia loca deducebant, in Italiam maximeque

1) Verba sunt Thierschii, l. c., p. 597. — cf. Choiseul Gouffier, l. c., p. 65.

2) cf. Thiersch., l. l.

3) Unde nomen duxit „marmora Arundelliana“.

4) Inde nomen „marmora Oxoniensia“ petitum est.

Venetiam, Athenas deinde, Constantinopolin, Aeginam, in Angliam denique ac Francogalliam. Attamen in insula etiam nunc magna exstat veterum eius generis monumentorum frequentia[5]). Sic Thierschius in muro septentrionali arcis Paroikiae marmor reperit magnum, quod duo senatus populique Parii profert psephismata[6]), quorum infra iteratam habebis mentionem. Enumerat praeterea Thierschius alia senatus populique Parii decreta, dona deis oblata, elogia titulosque sepulcrales, quorum omnium exstant marmora[7]), ne taceamus magnum inscriptionum Pariarum numerum, de quibus diligentissime collectis non reperio quemquam intellegentius disputantem, quam Boeckhium[8]).

Longe autem plurima monumenta veterum templorum vel interciderunt saeculorum decursu vel comminuebantur et dissipabantur ab incolis insciis aeque atque ab antiquitatis investigatoribus avidis. Eorum, quae etiam nunc exstant, opportunis locis faciemus mentionem[9]).

De miro ac singulari sepulcrorum genere Rossius nos edocet. Monumenta enim cum in Rhenaea, Thera, Therasia, Anaphe tum in Paro insula reperta taurorum capitibus, coronis encarpisque ornata memorat, quae altaribus simillima

---

5) cf. Thiersch., l. c., p. 597. — Ross., l. c., I. p. 46 sq. — Choiseul Gouffier, l. c., p. 65. — Tournefort., l. c., p. 76, b: „A l'égard des inscriptions, elles ne sont pas rares autour de la ville [de Paros ou Parichia]; mais elles sont si maltraitées que l'on n'y connoît plus rien. Les François, les Venitiens, les Anglois ont emporté les plus considerables, & l'on casse tous les jours pour la clôture des champs les plus belles piéces que l'on découvre, frises, autels, bas-reliefs; rien n'échappe à l'ignorance des Grecs."

6) cf. Thiersch., l. l.

7) cf. Thiersch., l. c., p. 598.

8) cf. Boeckh., C. I. Gr., NNoo. 2375—2399.

9) Altaria illa, quorum latera singula stadia pateant in longitudinem, non Paro insulae sunt vindicanda; immo vero ea sane clarissima in Pario Pontica urbe fuisse, apertissimo probat testimonio Strabo, X. p. 487 (Casaub.): „ὑπὸ δὲ Παρίων ἐκτίσθη Θάσος καί Πάριον ἐν τῇ Προποντίδι πόλις. ἐν ταύτῃ μὲν οὖν ὁ βωμός λέγεται θέας ἄξιος, σταδιαίας ἔχων τὰς πλευράς· ἐν δὲ τῇ Πάρῳ κτλ." — Id., XIII. p. 588 (Casaub.): „— — καὶ ᾠκοδομήθη ἐν τῷ Παρίῳ βωμός, Ἑρμοκρέοντος ἔργον, πολλῆς μνήμης ἄξιον κατὰ τὸ μέγεθος καὶ κάλλος· κτλ." — Non paullum igitur aberravit a recta via Fiedlerus, l. c., II. p. 180 ea Paro insulae vindicans.

ficta sint. Ea qua lege facta sint, dubitatione vacat. Quale monumentum in Naussa oppido repertum inscriptionem fert hance:

„ΚΕΡΔΩΝ
ΩΦΕΛΙΩΝΟϹ
ΧΡΗϹΤΕ ΧΑΙΡΕ.“ [10])

[10]) cf. Ross., l. c., I. p. 36 sq. (appendic. epist. 3ae).

EXCURSUS I.

DE MARMORE PARIO.

§. 1.

1) Omnium quae Parus insula gignit primum iam apud veteres habebatur marmor [1]), quod in variis locis excidebant [2]). E marmoris lapicidinis maximae quae Pariis erant divitiae redibant [3]), et eae quidem, quibus plus semel effloruerit insula brevissimo quoque tempore, tempore dico, ut alia mittam, perniciosissimis bellis illis Peloponnesiaco et Corinthiaco proximo, cum libertatem recuperaverat. Quodsi Boeckhio [4]) auctore nullum exstat testimonium, Athenienses sociorum subiectorum lapicidinas sibi vindicasse; suspicari licet, Parios vel hoc tempore, quo summis urgebantur malis, habuisse lapicidinas, unde divitiae ipsis redirent sane magnae.

2) Iam quae nunc exstant lapicidinas Fiedlero [5]) duce

---

[1]) cf. Erhard., l. c., p. 2: ‚Unter den Produkten des Mineralreiches hatte der weisse Marmor von Paros im Alterthume unsterblichen Ruf; denn aus ihm wurden die Bildwerke geformt, vor deren Trümmern noch die heutige Welt staunend die Schritte hemmt. Sorglosigkeit oder Ungeschick der jetzigen Verwaltung lassen diesen Schatz unausgebeutet, der Cararas und der Alpen Marmor bei weitem überflügeln kann.‘

[2]) v. part. I. § 4, B.

[3]) cf. Thiersch., l. c., p. 585: „Die Insel Paros ist nach Naxos unter den Cycladen am meisten durch Quellen des inneren Reichthumes ausgezeichnet.“

[4]) Boeckh., oecon. Athen., III. 3 (edit. 2a, Berol., 1851, vol. I. p. 422).

[5]) Fiedler., l. c., II. p. 183 sqq.

si perlustremus, veteres in aliis locis fragmenta vel parvas tantum partes excidere potuisse inveniemus, magnas in aliis, atque hoc marmore magis usos esse veteres architectos, sculptores vero illo: nam Fiedlerus, vir studio earum rerum insignis, l. c. marmoris Parii duo distinguit genera, quorum alterum dicit „den architektonischen Marmor“, quod excidebatur in lapicidinis prope Paroikiam, quas „Lakkosbrüche“ nominant[6]), et prope Agousam portum[7]), — alterum „den statuarischen Marmor“, cuius quidem generis tres exstant lapicidinae[8]); purissimum vero marmor idque candidissimum veteribus ipsis auctoribus in monte Marpesso excidebatur.

3) Quod ad qualitatem marmoris Parii attinet, etsi excellebat et bonitatis et nitoris fama, tamen non ubique eadem erat pelluciditate et praestantia[9]). Iam veteres candorem eius laudant, duritiam, pondus[10]), ut marmore Pario, quamquam posterioribus temporibus marmor repererunt et candi-

---

[6]) v. part. I. § 4, B. I.

[7]) v. ibid., § 4, B. V.

[8]) v. ibid., § 4, B. II; III; IV.

[9]) cf. Thiersch., l. c., p. 591, qui candorem marmoris diversum nominat „vom granitähnlichen Grau bis zum hellsten Weiss, — von den bandähnlichen Streifen bis zur grössten Gleichförmigkeit der Milchfarbe“. Idem duo distinguit genera, quorum alterum veteres adhibuerint minus candidum ad aedificia exstruenda, alterum purum idque candidissimum ad statuas sculpendas. Quaenam iudicaverit Fiedlerus, videas quaeso laudata, ubi fusius de lapicidinis tractavimus; v. part. I. § 4, B.

[10]) cf. Plin., l. c., XXXVI. 132 (cap. 17, sect. 28): „— chernites — Pario [marmori] similis candore et duritia, minus tantum ponderosus.“ — Theophrast., de lapid. (II.), cap. 6 (edit. Schneider.): „Αἱ μὲν οὖν κατὰ τὰ χρώματα καὶ τὰς σκληρότητας καὶ μαλακότητας καὶ λειότητας καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα διὰ τὸ περιττὸν πλείοσιν ὑπάρχουσι, καὶ ἐνίοις γε κατὰ τόπον ὅλον. Ἐξ ὧν δὴ καὶ διωνομασμέναι λιθοτομίαι Παρίων τε καὶ Πεντελικῶν καὶ Χίων τε καὶ Θηβαϊκῶν, καὶ ὡς ὁ περὶ Αἴγυπτον ἐς Θήβαις ἀλαβαστρίτης κτλ.“ Ibid., cap. 7: „Καὶ ὁ πόρος ὅμοιος τῷ χρώματι καὶ τῇ πυκνότητι τῷ Παρίῳ, τὴν δὲ κουφότητα μόνον ἔχων τοῦ πόρου κτλ.“ Itaque in epigrammate quodam in Nemesis statuam ex marmore Pario in campo Marathonio erectam dicitur „χιονέη λίθος“; cf. Theaetet., epigr. 4 in Brunck., anal., II. p. 515. — Thiersch., l. c., p. 588: „Kein Product — — ist berühmter, als ihr Marmor wegen Weisse der edleren Gattungen, Geschmeidigkeit und den Lichtern seiner Masse.“

dius[11]) et durius[12]), plerumque uterentur sculptores. Quid mirum, quod etiam Plinii aetate Parus fuerit marmore nobilis[13])? quin etiam nostris diebus marmor immortalem insulae daret gloriam, si lapicidinas aggredi coepissent[14])?

§. 2.

Ob magnam marmoris abundantiam „marmoream Paron" eam nominat Ovidius[1]), Vergilius[2]) „niveam Paron" ob marmoris candorem; neque aliud est, quod in inscriptionibus duabus Pariis, quarum altera ex Diocletiani (c. a. 300. p. Chr.)[3]), altera ex Constantini IIdi (c. a. 340.)[4]) aetate exstat, Parus urbs vetus dicitur „ἡ λαμπροτάτη Παρίων πόλις", quod ex candidissimo marmore domus suas aedificaverant Parii.

Ob eundem marmoris candorem ac nitorem, quidquid

---

11) cf. Plin., l. c., XXXVI. 14 (cap. 5, sect. 4): ‚— marmore usi sunt e Paro insula, — — multis postea candidioribus repertis, nuper vero etiam in Lunensium lapicidinis etc.'

12) cf. Plin., l. c., XXXVI. 135 (cap. 18, sect. 29): „Varro [cf. eiusd. fragm., p. 377, edit. Bipont., 1788] nigros ex Africa firmiores esse tradit quam in Italia, e diverso albos coranos duriores quam Parios etc."

13) cf. Plin., l. c., IV. 67 (cap. 12, sect. 22): „Paros — — marmore nobilis." — Solin., polyhistor., XI (edit. cit., I. p. 22, G): Marmore Paros nobilis etc." — Fiedler., l. c., II. p. 179: „— was die Insel am berühmtesten machte, war ihr vortrefflicher Marmor."

14) cf. Ross., l. c., I. p. 50: „Der ganze Berg ist freilich, wie die gesammte Insel, weisser Marmor." — Erhard., l. c., p. 2. (v. not. 1). — Fiedler., l. c., II. p. 183: „— der seit grauem Alterthume verschollene parische Marmor würde bald in tausend schönen Formen glänzend weiss ins Leben treten, des Staates und der Insel Wohlstand heben. Doch ist's nicht dieser Punkt [die Lakkosbrüche] allein, die östlichen nahen Brüche scheinen edler noch zu sein und sollen auch der Ruhe entrissen werden, doch fordern sie mehr Zeit und Geld, bevor sie zum Ertrag gebracht werden können. Wann erst vom günstigsten Punkte hinreichender Ueberschuss erwachsen sein wird, so lassen sich dann die andern Punkte leicht übertragen."

1) Ovid., Metam., VII. 465.

2) Verg., Aen., III. 126. — Serv., comment. in Verg., l. c.: „unde candidum marmor etc."

3) cf. Boeckh., C. I. Gr., No. 2384.

4) cf. Thiersch., l. c., inscr. No. 5.

insigne erat, ut summa colorum venustate depingant, veteres cum marmore Pario comparant.

Pindarus perbelle hymnum dicit monumentum splendidius et insignius marmore Pario [5]), — quem secutus Ovidius pulcherrimum monumentum vocat „templum de marmore Pario[6])“. Apud Theocritum Damoetas, puer pastorum, qui Polyphemum agit, Galateae (quam, a Cyclope amatam, haud procul a litore in undis ludentem sibi finxerunt Damoetas et Daphnis pueri) dentes nitentes cum Pario marmore comparat [7]). Glycerae meretricis a se amatae venustatem ut depingat, perbene profitetur Horatius [8]):

„Urit me Glycerae nitor
Splendentis Pario marmore purius.“

Quamquam igitur permulta marmorum genera iam veteribus erant nota [9]), famam collectam ita conservavit marmor Parium, ut in proverbium venerit [10]). Quid mirum? quod marmor Parium nominatur, ut significetur aliquid insigne per se [11])? quod praeter argentum, aurum et ebur requiritur marmor Parium, ut imago conficiatur perfecta et absoluta [12])?

---

5) cf. Pind., Nem., IV. 81 (130): „στάλαν θέμεν Παρίου λίθου λευκοτέραν.“

6) cf. Ovid., ex Pont. epistol., IV. 8, 31 sq.: ‚Nec tibi de Pario statuam, Germanice, templum Marmore etc.‘

7) cf. Theocrit., Idyll., VI. 37 sq.:

„— τῶν δέ τ᾽ ὀδόντων
Λευκοτέραν αὐγὰν Παρίας ὑπέφαινε λίθοιο.“

8) Horat., carm., I. 19, 5 sq.

9) cf. Plin., l. c., XXXVI. 54 (cap. 7, sect. 11): „Marmorum genera et colores non attinet dicere in tanta notitia nec facile est enumerare in tanta multitudine. Quoto cuique enim loco non suum marmor invenitur?“

10) cf. Thiersch., l. c., p. 588.

11) cf. Quinctil., instit. orat., II. 19 (vol. I. p. 138 sq., edit. Bipont.): ‚Et si Praxiteles signum aliquod ex molari lapide conatus esset exsculpere, Parium marmor mallem rude: at si illud idem ártifex expolisset, plus in manibus fuisset, quam in marmore.‘ — Clem. Alex., protrept., cap. 4, § 56 (vol. I. p. 49, edit. Klotz.): „καλὸς ὁ Πάριος λίθος, ἀλλ᾽ οὐδέπω Ποσειδῶν· καλὸς ὁ ἐλέφας, ἀλλ᾽ οὐδέπω Ὀλύμπιος· ἐνδεὴς ἀεί ποτε ἡ ὕλη τῆς τέχνης, ὁ θεὸς δὲ ἀνενδεής.“

12) cf. Verg., Aen., I. 592 sq., ubi Aeneae habitum corporis divum depingit:

„Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo
Argentum Pariusve lapis circumdatur auro.“

§. 3.

Itaque aptissimum habebant veteres ad artem sculpendi marmor Parium. Nam si Plinius marmor Italicum aptius censuit[1]), quem ex recentioribus scriptoribus Choiseul Gouffier[2]) et Tournefortius[3]), Strabonis quidem sententiam comprobans, secuti sunt; patriae nimis favisse videtur auctor Romanus. Strabo[4]) marmor Parium aptissimum dicit arti sculpendi, cuius testimonium eo maiorem habet auctoritatem, quod recentiorum scriptorum gravissimi cum eo consentiunt: Rossium[5]) dico, Thierschium[6]), potissimum vero Fiedlerum[7]),

---

[1]) v. § 1, nott. 11 et 12.

[2]) Choiseul Gouffier, l. c., p. 69: „Cependant, — le marbre de Paros n'est pas, à beaucoup près, le plus parfait que possèdent ces contrées; il a un éclat & un brillant qui peut ajoûter à la beauté d'un édifice, mais qui le rend peu susceptible de soutenir les détails d'un cizeau délicat. Sa facilité à s'écailler tromperoit l'intention de l'Artiste. Le marbre du mont Pentheli près d'Athènes, moins salin & plus compacte, étoit avec raison préféré par les Statuaires.“

[3]) Tournefort., l. c., p. 77, a: „Enfin le marbre de cette Isle devint si fameux, que les plus habiles sculpteurs n'en employoient pas d'autre. Strabon a raison de dire que c'est une excellente pierre pour faire des statuës etc.“ Iam pergit auctor, l. c., p. 77, b: „A l'égard des statuës, les plus habiles gens conviennent, que le marbre d'Italie est preferable à celui de Gréce. Pline soûtient avec raison que celui de Luna est bien plus blanc. Le marbre Grec est à gros grains crystallins, qui font de faux jours & qui sautent par petits éclats si on ne le menage avec soin: au lieu que celui d'Italie obéït au ciseau, parcequ'il a le grain beaucoup plus fin & plus uni.“

[4]) Strab., X. p. 487 (Casaub.): „— ἐν δὲ τῇ Πάρῳ ἡ Παρία λίθος λεγομένη, ἀρίστη πρὸς τὴν μαρμαρογλυφίαν.“

[5]) Ross., l. c., I. p. 50: „Der Marmor ist bekanntlich von unübertroffener Güte, und die beste Qualität fast transparent.“

[6]) Thiersch., l. c., p. 591 marmor laudat, quod excidebatur in lapicidinis prope monasterium Sti Minae, candidissimum, „welcher dem Alabaster an Farbe wie an Korn wenig nachgiebt und am geschmeidigsten in der Behandlung ist.“ In illis lapicidinis cavum amplum est „der weissesten Marmorlager, welche den Glanz der Fackeln von ihrem feinen und festen Korn in unzähligen Schimmerpunkten zurückwerfen. Von diesen Lichtern, welche auch das kleinste Stück im Bruche zeigt, sollte man glauben, habe der Stein den Namen λυχνεύς erhalten etc.“

[7]) Fiedlerus, l. c., II. p. 183 marmor lapicidinarum, quas dicunt „Lakkosbrüche,“ laudat nota media, candidissimum, purissimum licet non

rei metallicae professorem peritissimum, quem rex Graeciae metalla et lapicidinas perlustratum miserat.

§. 4.

Plinio auctore [1]) omnes sculptores veteres ante Phidiam „candido tantum marmore usi sunt e Paro insula", iamque adeo primis temporibus marmor Parium adhibitum esse cum a sculptoribus tum ab architectis, certis docemur testimoniis.

Statuas duas parvas e sepulcris Caricis insulae nostrae protulit et adumbrandas *) curavit Thierschius, affirmans, e Pario marmore eas sculptas esse [2]), ut prima aetate et quasi infantia nationum marmore Pario barbaros iam usos esse intellegamus, unde rudes illas figuras fingerent.

Quod cum videamus in ipsa insula marmore inde a primis temporibus usos esse; eisdem temporibus idem marmor iam alias gentes adhibuisse est traditum. Nam si Plinio, qui quidem id mirari profitetur, fides habenda est, labyrinthi Aegyptii introitus e marmore Pario exstructus erat [3]). —

---

tam praestans, quam marmor ex Marpesso excisum, quod vero facillime politur, ut tempestatibus expositum candorem servet, ceteris marmoris generibus flavescentibus, — „so dass ihm nur der von Carrara gleichsteht." — Idem, l. c., II. p. 184 affirmat, marmor lapicidinarum prope monasterium Sti Minae esse „ein herrlicher Marmor", „fein und edel", „rein", „in kleinen Blöcken zu gewinnen." — Idem, l. c., II. p. 187 sq. quartas describit lapicidinas, ubi pulcerrimum, candidissimum excisum esset marmor, quod ut caperent, licet non pellucidum, maximis vero statuis sculpendis aptissimum, veteres lapicidinas dicit instituisse apparatu maximo summoque impendio. — Idem, l. c., II. p. 186 sq.: „Der statuarische Marmor von Paros, blendendweiss, von mittlem, sehr gleichförmigen Korn, lässt sich auf das Feinste bearbeiten und ist halb durchschimmernd; solchergestalt lassen sich die zartesten Formen bilden, und der kalte Stein bekommt Leben unter der Hand des Künstlers," ut marmor, quod nos dicimus Carrarium, ei non sit aequiparandum, „wenngleich er ihm von allen bekannten Marmorarten am nächsten steht."

[1]) Plin., l. c., XXXVI. 14 (cap. 5, sect. 4).

*) v. tabul. II.

[2]) cf. Thiersch., l. c., p. 585.

[3]) cf. Plin., l. c., XXXVI. 86 (cap. 13, sect. 19): „Aegyptius [labyrinthus], quod miror equidem, introitu lapidis e Paro, columnis domoque reliqua e syenitae molibus compositis etc."

Homerus marmoris Parii mentionem non fecit. Pindarus nobilitatem eius ad omnem posteritatis memoriam litteris consecravit [4]). Herodoto auctore Alcmaeonidae templum Delphicum Ol. LXVII, 3 (510) magnificentissime restaurantes partem anticam e marmore Pario exstruendam curaverunt [5]).

Inde a Phidiae aetate (c. Ol. LXXXIII) marmoris Parii augebatur fama. Ipse ille sculptor, quo nullus clarior inveniri potest [6]), e marmore Pario pulcerrima sculpsit opera. — Praxiteles, „marmore nobilitatus [7])“, e marmore Pario clarissima illa sculpsit signa, quae cum stupore quodam intuebantur homines [8]), ipsi dei admirabantur [9]), ut perbene canat

---

[4]) Pind., Nem., IV. 81 (130) (v. § 2, not. 5).

[5]) cf. Herodot., V. 62 sub fin.

[6]) cf. Plin., l. c., XXXVI. 18 (cap. 5, sect. 4): „Phidiam clarissimum esse per omnis gentes quae Iovis Olympii famam intelligunt, nemo dubitat etc.“

[7]) cf. Plin., l. c., VII. 127 (cap. 38, sect. 39). — Ibid., XXXIV. 69 (cap. 8, sect. 19): „Praxiteles — marmore felicior ideo et clarior fuit [scl. quam aere].“ — Ibid., XXXVI. 20 (cap. 5, sect. 4): „— qui marmoris gloria superavit etiam semet.“

[8]) cf. Plin., l. c., XXXIV. 69 (cap. 8, sect. 19) coll. XXXVI. 20 (cap. 5, sect. 4). — Epigr. adesp. 245 in Brunck., anal., III. p. 200:

„Τίς λίθον ἐψύφωσε; τίς ἐν χθονὶ Κύπριν ἐσεῖδεν;
Ἵμερον ἐν πέτρῃ τίς τόσον εἰργάσατο;
Πραξιτέλους χειρῶν ὅδε που πόνος ἢ τάχ Ὄλυμπος
Χηρεύει, Παφίης εἰς Κνίδον ἐρχομένης.“ —

Epigr. adesp. 248 in Brunck., anal., III. p. 200:

„Ἀφρογενοῦς Παφίης ζάθεον περιδέρκεο κάλλος,
Καὶ λέξεις· Αἰνῶ τὸν Φρύγα τῆς κρίσεως κτλ.“ —

Euen., epigr. 9 in Brunck., anal., I. p. 165:

„Πρόσθε μὲν Ἰδαίοισιν ἐν οὔρεσιν αὐτὸς ὁ βούτας
Δέρξατο τὰν κάλλευς πρῶτ᾽ ἀπενεγκαμέναν.
Πραξιτέλης Κνιδίοις δὲ πανωπήεσσαν ἔθηκε,
Μάρτυρα τῆς τέχνης ψῆφον ἔχων Πάριδος.“ —

Platon., epigr. 9 in Brunck., anal., I. p. 170 et epigr. 10, ibid., p. 171.

[9]) cf. Euen., epigr. 8 in Brunck., anal., I. p. 165:

„Παλλὰς καὶ Κρονίδαο συνευνέτις εἶπον, ἰδοῦσαι
Τὴν Κνιδίην· Ἀδίκως τὸν Φρύγα μεμφόμεθα.“ —

Epigr. adesp. 246 in Brunck., anal., III. p. 200:

„Ἁ Κύπρις τὰν Κύπριν ἐνὶ Κνίδῳ εἶπεν ἰδοῦσα·
Φεῦ, φεῦ, ποῦ γυμνὴν εἶδέ με Πραξιτέλης;“ —

Epigr. adesp. 246, ibid.

Propertius: „Praxitelem Paria vindicat arte lapis“ [10]. — Scopas, cuius „laus cum his certat [11]“, marmor Parium certe adhibuit ad clarissima opera permulta sculpenda, siquidem suspicari licet, eum ex marmore Pario signa fecisse, ubi non alia nominantur marmora. —

Quodsi veteres, ut aliorum artificum nomina mittamus, ex marmore Pario sculpta haberent signa tam excellentia, ut nihil in eis non excelsum magnificumque esset, quin etiam signa spirare viderentur [12]; perbelle Alexis [13] Parum insulam praedicat marmor gignere in honorem ac decus deorum.

§. 5.

Magna [1]) igitur erat copia signorum et operum ex marmore Pario sculptorum, maior certe, quam cuius ad inferiora

---

10) cf. Propert., III. 7, 16. — Sunt, qui legant „urbe“ pro „arte“. Quos secutus Vaterus (l. c., p. 299, a) Praxitelem fingit sculptorem Parium. Sed, cum nullus exstet apud veteres auctores alius locus, ubi mentio fiat de Pario Praxitele, ad Praxitelem Atheniensem verba ista referenda videntur, ut magis placeat lectio altera, quae est „Praxitelem Paria vindicat arte lapis“.

11) cf. Plin., l. c., XXXVI. 25 (cap. 5, sect. 4).

12) cf. Verg. Georg., III. 34:

„Stabunt et Parii lapides, spirantia signa.“ —

Verg., Aen., VI. 847 sq.:

„Excudent alii spirantia mollius aera,
Credo equidem, vivos ducent de marmore voltus.“

— Serv., comment. in Verg. Aen., l. c.: „Vivos vultus; hoc est quod dixit spirantia („spirantia, animata“). Et per aes Corinthios indicat, per marmor Parios.“ — Epigr. adesp. 245 (v. not. 8). — Epigr. adesp. 298 in Brunck., anal., III. p. 214 de Niobae morientis eiusque liberorum signis, ubi Nioba inducitur dicens:

„Ἐκ ζωῆς με θεοὶ τεῦξαν λίθον· ἐκ δὲ λίθοιο
Ζωὴν Πραξιτέλης ἔμπαλιν εἰργάσατο.“

13) Alexis ap. Athen., XIV. 644, B: „— λέγει δὲ [scl. Ἄλεξις] οὕτως ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἀρχιλόχῳ·

Ὦ τὴν εὐτείχη ναίων Πάρον, ὄλβιε πρέσβυ,
Ἡ κάλλιστα φέρει χώρα δύο τῶν συναπασῶν,
Κόσμον μὲν μακάρεσσι λίθον κτλ.“

1) cf. Thiersch., l. c., p. 591: Ex lapicidinis Pariis „wurde hauptsächlich jene Bevölkerung von Marmorstatuen mit jenen Säulenwäldern der hellenischen Tempel und Hallen gezogen, welche die Länder um das

adeoque nostra tempora manavit memoria, licet permulta a singulis auctoribus enumerentur.

1) E Pario marmore[2]) sculpta exstabant Niobae eiusque liberorum signa, quae quidem uter fecerit, Praxiteles an Scopas, Plinio auctore in medio erit relinquendum[3]).

2) Ex marmore Pario[4]) Praxiteles sculpserat Veneris signum illud, quod exstabat Cnidi praeclarissimum[5]), quod ut viderent, multi eo navigaverunt[6]), a Cnidiis aliisque permagni aestimatum[7]), ab ipso opifice ita dilectum, ut ex aere aliam Venerem fecerit illi parem[8]).

3) Pausania auctore[9]) Phidiae opus exstabat Athenis, Veneris Coelestis signum e Pario marmore.

4) In Atheniensium illo Panos delubro sub arce, ubi deum sacrificiis et lampade venerabantur adiutorem in pugna Marathonia[10]), dei signum exstitisse e marmore Pario sculptum, epigramma docet[11]).

5) In Nemesis deinde Marathonio fano deae ipsius signum ex marmore illo Pario, quod Persae, bello Graecis illato, ac si hostem iam vicissent, tropaei erigendi caussa in ea loca deportandum curaverant, factum laudat Pausanias[12]).

Mittelmeer bedeckten." — Tournefort., l. c., p. 78, b: „— le marbre de Paros, dont toute la Gréce a été embellie etc." — Id., l. c., p. 119, b. (lettr. VII): „A l'égard de la pierre employée dans tous ces grands édifices de Delos, on n'y remarque que du marbre blanc, du granit etc.: on croit que la plus grande partie du marbre blanc étoit venue de Paros & de Tenos etc." — Erhard., l. c., p. 2 (v. § 1, not. 1).

[2])

[3]) cf. Plin., l. c., XXXVI. 28 (cap. 5, sect. 4).

[4])

[5]) cf. Plin., l. c., VII. 127 (cap. 38, sect. 39). — Id., l. c., XXXIV. 69 (cap. 8, sect. 19). — v § 4, nott. 8 et 9.

[6]) cf. Plin., l. c., XXXVI. 20 (cap. 5, sect. 4).

[7]) cf. Plin., l. c., XXXVI. 21 (cap. 5, sect. 4).

[8]) cf. Plin., l. c., XXXIV. 69 (cap. 8, sect. 19).

[9]) Pausan., I. 14, 6. — cf. Plin., l. c., XXXVI. 15 (cap. 5, sect. 4).

[10]) cf. Herodot., VI. 105.

[11]) cf. Epigr. adesp. 264 in Brunck., anal., III. p. 205:

„Πέτρης ἐκ Παρίης με πόλιν κατὰ Παλλάδος ἄκρην
Στῆσαν Ἀθηναῖοι Πᾶνα τροπαιοφόρον."

[12]) cf. Pausan., I. 33, 2 sq. Sed v. part. V. II. § 1.

6) Dein Satyri illius, qui eximia pulcritudine clarus Megaris exstabat a Praxitele ex eodem marmore sculptus, mentionem facit Pausanias[13]).

7) Etiam in templo illo, quod erat Phliunte, in Ganymedis vel Hebes luco, antiqua deae religione sacrosanctum, exeuntibus e foro ad laevam deae stabat signum e marmore Pario[14]), quod quis fecerit, nullo veterum scriptorum loco traditum invenias.

8) Inter ea quae Epidauriorum urbs habebat dignissima, quae litterarum monumentis mandarentur, Aesculapii imprimis erat fanum, in quo sub divo duo exstabant signa, ipsius dei alterum,

9) alterum Epiones, quam Aesculapii uxorem fuisse memorant. Quorum signorum opifices quidem ignoramus, e Pario autem lapide ea sculpta fuisse dicit Pausanias[15]).

10) Adde Fortunae colossum, qui stabat in urbe Hermione in deae aede, e Pario marmore factum, incerti alicuius opificis opus, ut memoriae tradidit Pausanias[16]).

11) Item latet nomen artificis a quo Fortunae signum e Pario marmore fuerit sculptum in deae templo, cuius inter memoranda in urbe Corintho Pausanias mentionem facit verbis: „Ἔστι δὲ καὶ Τύχης ναός· ἄγαλμα ὀρθὸν Παρίου λίθου[17])."

12) Damophontis Messenii, qui etiam Olympiae Iovem, solutis iam eboris compagibus, ad unguem accuratissime coagmentaverat, quare merito ei ab Eleis honores sunt habiti, clarissimi sane artificis simulacrum Deūm Matris e Pario marmore exstabat Messenae[18]).

13) Templum etiam ibidem exstabat Messenes, Triopae filiae, cuius ex auro et marmore Pario erat signum[19]). Operis artifex quis fuerit, non liquet, nisi quae praemisit verba

---

[13]) Pausan., I. 43, 5.
[14]) cf. Pausan., II. 13, 3.
[15]) Pausan., II. 29, 1.
[16]) Pausan., II. 35, 2.
[17]) cf. Pausan., II. 2, 7.
[18]) cf. Pausan., IV. 31, 5.
[19]) cf. Pausan., IV. 31, 9.

Pausanias[20]) de Aesculapii fani, quod ibidem erat, signis, ad hoc quoque refers: laudat enim auctor multa eiusdem Damophontis opera, quae omnia exstabant Messenae.

14) Clarissimi illius signi Iovis, quod erat Olympiae, a Phidia sculpti[21]) crepido e marmore Pario facta erat, de qua Pausanias[22]) refert: „Ὅσον δὲ τοῦ ἐδάφους ἐστὶν ἔμπροσθεν τοῦ ἀγάλματος, τοῦτο οὐ λευκῷ, μέλανι δὲ κατεσκεύασται τῷ λίθῳ. περιθεῖ δὲ ἐν κύκλῳ τὸν μέλανα λίθου Παρίου κρηπὶς, ἔρυμα εἶναι τῷ ἐλαίνῳ τῷ ἐκχεομένῳ κτλ."

15) Pausanias cum[23]) aliorum mentionem facit quae in Iovis templo exstabant Olympiae et donorum deo oblatorum et signorum tum[24]) statuarum, quas Imperatoribus Romanis Achaici conventus quem dicunt urbes Hadriano, Traiano vero omnes Graeci erexerant e Pario marmore sculptas.

16) In Arcadia ad Ladonem flumen in agro Thelphusio Cereris erat τὸ ἱερὸν τὸ ἐν Ὀγκείῳ[25]). In quo duo exstitisse deae signa, et Cereris quidem Erinnyos alterum, alterum Lusiae, quorum utrumque os, summas manus et immos pedes e marmore Pario facta, reliquas autem partes ligneas habuisse, Pausanias tradidit, de opifice autem nihil commemoravit[26]).

17) Tanagrae, in urbe Boeotiae, in Liberi Patris aede dignum quod spectaretur, dei simulacrum ex Pario marmore exstitisse, Calamidis opus, quem Atheniensem fuisse suspicamur, Pausanias[27]) refert verbis: „Ἐν δὲ τοῦ Διο-

---

20) Pausan., IV. 31, 8: „τὰ μὲν δὴ τοῦ λίθου [i. e. quae autem marmorea (ibi) sunt signa], Δαμοφῶντος, ὃς εἰργάσατο· Μεσσήνιον δὲ, ὅτι μὴ τοῦτον, ἄλλον γε οὐδένα λόγου ποιήσαντα ἀξίως οἶδα ἀγάλματα."

21) cf. Pausan., V. 10, 2: „Φειδίαν δὲ τὸν ἐργασάμενον τὸ ἄγαλμα εἶναι καὶ ἐπίγραμμά ἐστιν ἐς μαρτυρίαν ὑπὸ τοῦ Διὸς γεγραμμένον τοῖς ποσί· Φειδίας Χαρμίδου υἱὸς Ἀθηναῖος μ' ἐποίησε." — cf. id., V. 11, 2 et 4.

22) Pausan., V. 11, 5.

23) Pausan., V. 12, 3.

24) Pausan., V. 12, 4.

25) cf. Pausan., VIII. 25, 3.

26) cf. Pausan., VIII. 25, 4.

27) Pausan., IX. 20, 4. — Quod opus quam pulchrum existimaverint veteres, ex eiusdem Pausaniae verbis proximis compertum habeas: „θαῦμα δὲ παρέχεται κτλ."

νύσου τῷ ναῷ θέας μὲν καὶ τὸ ἄγαλμα ἄξιον, λίθου τε ὂν Παρίου καὶ ἔργον Καλάμιδος.“

18) Item Scopae illas Eumenidum statuas e Pario sculptas fuisse marmore, memoriae prodidit Clemens Alexandrinus[28]).

19) Athenaeus ubi de Ptolemaei Philopatoris operibus compluribus disserit verbis, atrii mentionem facit regiae, in quo regum propinquorum exstarent statuae e marmore Pario factae[29]).

20) Labyrinthi Aegyptii introitum Plinio auctore[30]) e lapide Pario exstructum iam commemoravimus[31]).

21) Adde, quod et ipsum supra diximus[32]), Apollinis clarissimi templi illius Delphici frontem e Pario marmore exstructam fuisse. Alcmaeonidae enim Herodoto teste[33]) Delphicam aedem porino[34]) lapide restaurandam susceperant; quo maior autem esset magnificentia eius ac splendor, frontem ex marmore Pario faciendam curaverunt, divitiis abundantes.

22) Siphniis, maris Aegaei insulae incolis opulentissimis, cum ex decumis pecuniae publicae, quae ex metallis quotan-

---

[28]) Clem. Alex., protrept., cap. 4, § 47 (vol. I. p. 40, edit. Klotz.): „μὴ οὖν ἀμφιβάλλετε, εἰ τῶν σεμνῶν Ἀθήνῃσιν καλουμένων θεῶν τὰς μὲν δύο Σκοπᾶς ἐποίησεν ἐκ τοῦ καλουμένου λυχνέως λίθου κτλ.“

[29]) cf. Athen., V. 205, F.

[30]) Plin., l. c., XXXVI. 86 (cap. 13, sect. 19).

[31]) v. § 4.

[32]) v. ibid.

[33]) Herodot., V. 62: „— οἱ Ἀλκμαιωνίδαι πᾶν ἐπὶ τοῖσι Πεισιστρατίδῃσι μηχανώμενοι παρ' Ἀμφικτυόνων τὸν νηὸν μισθοῦνται τὸν ἐν Δελφοῖσι, τὸν νῦν ἐόντα, τότε δὲ οὔκω, τοῦτον ἐξοικοδομῆσαι. οἷα δὲ χρημάτων εὖ ἥκοντες καὶ ἐόντες ἄνδρες δόκιμοι ἀνέκαθεν ἔτι, τόν τε νηὸν ἐξεργάσαντο τοῦ παραδείγματος κάλλιον τά τε ἄλλα, καὶ συγκειμένου σφι πωρίνου λίθου ποιέειν τὸν νηόν, Παρίου τὰ ἔμπροσθε αὐτοῦ ἐξεποίησαν.“

[34]) Λίθος πώρινος marmoris genus erat et simile quidem Pario, etsi marmor Parium porino praestabat, qui in Elide et Aegypto nascebatur. — Plin., l. c., XXXVI. 132 (cap. 17, sect. 28): „— Pario similis candore et duritia minus tantum ponderosus, qui porus vocatur. Theophrastus auctor est et translucidi lapidis in Aegypto, quem Chio similem ait; fortassis tunc fuerit, quoniam et desinunt et novi reperiuntur.“ — Theophrast., de lapid. (II.), cap. 7: καὶ ὁ πόρος ὅμοιος τῷ χρώματι καὶ τῇ πυκνότητι τῷ Παρίῳ, τὴν δὲ κουφότητα μόνον ἔχων τοῦ πόρου· διὸ καὶ ἐν τοῖς σπουδαζομένοις οἰκήμασιν ὥσπερ διάζωμα τιθέασιν αὐτὸν οἱ Αἰγύπτιοι.“

nis redibat, Delphis aerarium exstruendum decrevissent, consulentibus, num bene res verteret, Pythia respondisse dicitur:

„Ἀλλ' ὅταν ἐν Σίφνῳ πρυτανήϊα λευκὰ γένηται
Λεύκοφρύς τ' ἀγορή, τότε δὴ δεῖ φράδμονος ἀνδρὸς
Φράσσασθαι ξυλινόν τε λόχον κήρυκά τ' ἐρυθρόν“ —

cuius oraculi vim explicans iam pergit Herodotus auctor[35]: „τοῖσι δὲ Σιφνίοισι τότε ἦν ἡ ἀγορὴ καὶ τὸ πρυτανήϊον Παρίῳ λίθῳ ἠσκημένα.“

Adde Suidae locos duos, ubi de operibus sane minus claris e marmore Pario sculptis loquitur,

23) de effigie quadam super sepulcrum Theopompi Atheniensis[36], ut Bernhardyus[37] rescribendum censet, et

24) de curru quodam Baccho sacrato[38], quae opera a quo facta sint, non constat.

25) Athenaeo auctore Hadrianus Imperator Alcibiadis Atheniensis sepulcro statuam e marmore Pario imponendam curaverat[39].

26) Statuae cuiusdam in Samo insula ex Pario marmore sculptae, cuius amore captus sit Cleisophus Selymbrianus, mentionem facit Athenaeus[40].

27) Diogene denique Laertio auctore super Diogenis Cynici Sinopensis illius tumulum, qui erat iuxta portam Corinthi quae ferebat in Isthmum, columnam qui erexerant, canem desuper sculpserunt e lapide Pario[41].

Sed satis superque, quanti aestimaverint veteres marmor Parium, explicavimus, ut intellegatur, optima quaeque opera e Pario marmore esse facta, atque clarissimos quosque opifices idem marmor aptissimum habuisse, unde sculperent opera[42].

---

35) Herodot., III. 57.

36) cf. Aelian. ap. Suid., s. tit. Παρίας λίθου, qui locus auctior legitur ibid., s. v. Θεόπομπος.

37) Bernhardy, adnott. in Suid., s. v. Θεόπομπος, tom. I. 2, p. 1141—1142.

38) cf. Aelian. ap. Suid., s. tit. Παρία λίθος.

39) cf. Athen., XIII. 574, F: „— Ἀδριανοῦ βασιλέως· ὃς καὶ ἀνέστησεν ἐπὶ τῷ μνήματι Παρίου λίθου εἰκόνα τὸν Ἀλκιβιάδην.“

40) Athen., XIII. 605, F.

41) cf. Diog. Laert., VI. 2, 11.

42) De marmore Pario cf. Stephani, in „Zeitschrift für Alterth.-Wissenschaft,“ 1843, No. 73.

Postremo multos Pausaniae locos[43]) citare liceat, ubi λίθος λευκὸς commemoratur, ex quo vel tota signa vel singulas saltem signorum partes sculptas fuisse dicit. Quae e Pario marmore cuncta, et e statuario quidem quod dicimus[44]), facta esse suspicamur.

§. 6.

Haud omittendum h. l. esse censuimus, quae Plinius*) de usu tradidit, in quo marmor Parium ii habuerint, qui medicinam exercerent: profuisse marmor, ait, quae ex croco componantur medicamentis, cum sucum ediderit. Addit vero auctor, sucum marmoris Parii medicis non aeque utilem visum esse, ac sucum lapidis Taenarii et phoenicei et haematitae.

§. 7.

Tradidit Plinius[1]), **lychnitem** appellatum esse marmor Parium, ex Varrone[2]) afferens, unde nomen petierint, ut simul explicaret, quomodo exciderint marmor: „omnes autem [scl. veteres sculptores ante Phidiam Atheniensem] candido tantum marmore usi sunt e Paro insula, quem lapidem coepere lychnitem appellare, quoniam ad lucernas in cuniculis caederetur, ut auctor est Varro etc.“ Ne-

---

43) cf. Pausan., I.* 22, 4; 32, 4; 42, 5. — II. 4, 1; 4, 6; 7, 6; 10, 6; 21, 5; 23, 4; 24, 6; 29, 6; 31, 3; 34, 11; 36, 4. — III. 11, 3; 14, 1 — VI. 24, 5; 25, 4; (utroque loco os, manus, pedes). — VII. 3, 7; 20, 5; 21, 4; (os, manus, pedes). — VIII. 15, 2; 37, 1; 48, 6. — IX. 2, 4; 11, 2; 19, 5; 25, 4, quo ultimo loco (25, 3 extr.) Pentelici quoque marmoris mentio fit, cui opponitur λίθος λευκός. Notissimum igitur et praeclarissimum illud nostrae insulae marmor significari, a vero saltem non abhorret.

44) v. part. I. § 4, B. III, a.

*) Plin., l. c., XXXVI. 158 (cap. 22, sect. 43): ‚Taenarium lapidem et phoeniceum et haematiten iis medicamentis prodesse tradunt, quae ex croco componantur; ex alio Taenario qui niger est et ex Pario lapide non aeque medicis utilem, potioremque ex alabastrite Aegyptio vel ex ophite albo; est enim hoc genus ophitis ex quo vasa et cados etiam faciunt.‘

1) Plin., l. c., XXXVI. 14 (cap. 5, sect. 4).

2) M. Terentii Varron. fragm., p. 377, edit. Bipont., 1788.

que aliud nomen est, quod eidem marmori tribuit Athenaeus, de statuis regum propinquorum Ptolemaei Philopatoris narrans [3]: „ἵδρυτο δ' ἐν αὐτῷ [scl. τῷ συμποσίῳ] τῆς τῶν βασιλέων συγγενείας ἀγάλματα εἰκονικὰ λίθου λυχνέως."

Quo nomine „lychnites" s. „λίθος λυχνεύς" num omne marmor Parium significetur, quod quidem Vaterus censet rationibusque fulcit [4], — an genus tantum eius marmoris, ex eis quae scripserunt Thierschius, Rossius, maxime vero Fiedlerus diiudicare conamur.

Non probari quas Vaterus affert rationes, et ex Plinii verbis et ex re ipsa satis intellegitur. Miror profecto, quod Vatero ex summa Varronis auctoritate „λυχνεὺς" nihil nisi omne marmor Parium significasse apud veteres visus sit; immo Plinius ita Varrone utitur auctore, ut quam vim ista vox ad cuniculos lucernis collustratos relata habeat, perspiciatur. Quod relicum est, ut mihi liceat admonere, ne Plinium quidem **de universo marmore** Pario loqui, sed tantum **de eo, quo usi sint sculptores.** Quodsi alio huius commentationis loco [5] de certis quibusdam insulae lapicidinis scripsimus, e quibus magna excidebantur marmora statuaria, quae diximus, res ipsa, de qua h. l. agitur, haud obscure indicatur. Iam non est, cur nomine isto universum marmor Parium notemus ratiunculis levibus adducti, quae videntur etiam sublatae vocabulo „coepere", quod verbo „appellare" adiecit Plinius. Quae si recte comparantur, vix potest dubitari, quin illud nomen impositum sit **soli marmori, quod**

---

[3]) cf. Athen., V. 205, F.

[4]) Vater., l. c., p. 285, b: „Uebrigens bleibt es wieder zweifelhaft, ob aller Marmor von Paros Lychnites oder Lychneus genannt worden sei, oder blos eine bestimmte Art. Jedoch möchte man sich für die erste Meinung entscheiden, da Plinius im Allgemeinen spricht und sich auf einen so zuverlässigen Gewährsmann, wie Varro ist, beruft. Ausserdem ist es bekannt, dass der Lychnites zu grösseren Kunstwerken benutzt wurde, wie z. B. Athenäos [v. not. 3] erzählt, wo er von den Bauten des Ptolemäos Philopator spricht, dass in dem einen Saale die Verwandten des Königshauses, aus lychnischem Steine gehauen, aufgestellt waren; desgleichen überliefert Clemens von Alexandrien [v. § 5, not. 28], dass die Statuen der Eumeniden von Skopas aus dem sogenannten lychnischen Steine verfertigt seien."

[5]) v. part. I. § 4, B. III, b et IV.

diximus statuario, neque omni marmori statuario, sed marmori tantum lapicidinarum illarum, ubi **marmoris statuarii excidebantur partes magnae.**

Ac quaerenti tibi, quidnam habuerimus argumenti aut rationis, ut audacius de nomine isto iudicaremus, Thierschius[6]) occurrit affirmans, in lapicidinis illis subterraneis prope monasterium Sti Minae[7]) marmoris excidi genus candidissimum ac nitidissimum, quod „dem Alabaster an Farbe, wie an Korn wenig nachgiebt und am geschmeidigsten in der Behandlung ist.“ Iam pergit auctor, cavis sublucanis relictis ex angustis istarum lapicidinarum venis, qui eas visitet, ingredi in alia cava ampla „der weissesten Marmorlager, welche den Glanz der Fackeln[8]) von ihrem feinen und festen Korn in unzähligen Schimmerpunkten zurückwerfen. Von diesen Lichtern, sollte man glauben, habe der Stein den Namen λυχνεύς erhalten, doch Plinius, und gewiss auf griechiche Auctorität gestützt, sagt, es sei von den Grubenlichtern geschehen, mit deren Hülfe man ihn gewann.“

Attingit nomen etiam Tournefortius[9]) idque marmori et harum et alterarum lapicidinarum vicinarum tribuit, unde maxime excidissent veteres marmor.

Subtilius Rossius[10]) scripsit de earundem lapicidinarum cavo sublucano venisque angustis subterraneis: „Man begreift kaum, mit Hülfe welcher Vorrichtungen die Alten ansehnlich grosse Blöcke durch diese gewundenen Gänge herausschaffen konnten. Der Marmor ist bekanntlich von unübertroffener Güte, und die beste Qualität fast transparent. Die Beschaffenheit der Brüche macht es einleuchtend, dass Plinius und andere Alte Recht haben, wenn sie den Namen dieser besten Marmorart — λυχνίτης, λυχνέος, Παρία λύγδος — davon herleiten, dass der Stein bei Lampenlicht gebrochen wurde,

---

[6]) Thiersch., l. c., p. 591.

[7]) v. part. I. § 4, B. IV.

[8]) Cava igitur, in quae qui lapicidinas visitat ex angustis venis ingreditur, non sublucana fuisse, inde conicias, quod faces erant adhibendae ad illa visenda.

[9]) Tournefort., l. c., p. 77, a in.

[10]) Ross., l. c., I. p. 50.

was z. B. in den andern Brüchen auf Paros und in den pentelischen, die zu Tage ausgehen, nicht der Fall war."

Subtilitate mira totam rem gravissimis argumentis diiudicat Fiedlerus[11]), ubi ex lapicidinis illis, quae laudatis vicinae paullo ad occidentem vergunt[12]), marmoris candidissimi ac nitidissimi partes magnas easque puras excidi posse dicens sic pergit: „Es sind hier zwei regelmässig ausgeschrämte Plätze zu sehen, auf welchen die Alten ihre Lampen stehen hatten, um ihnen zur Arbeit zu leuchten, wie dies in alten Gruben sich häufig findet. Es lässt sich bei dieser Gelegenheit entscheiden, warum der parische Statuenmarmor auch *λίθος λυχνεύς* genannt wurde, was bisher[13]) so erklärt wurde, dass er bei Lichtschein durchschimmernd sei[14]), doch ist es bergmännisch richtiger, so zu erklärrn, weil er bei Lampenschein gehauen wurde (*λύχνος* eine Lampe), was bei keiner andern Marmorart in Griechenland nöthig war und daher diesen Marmor vor allen andern bezeichnete; denn nur hier und bei dem nahen unterirdi-

---

[11]) Fiedler., l. c., II. p. 186.

[12]) v. part. I. § 4, B. III, b.

[13]) Non accurate iudicat auctor. Veteres nonnulli sic censuisse videntur. Hesych., s. v.: „λυχναῖος καὶ λυχνεὺς ὁ διαυγὴς λίθος." — Photius, lexic., s. v. Λυχνές (p. 175, edit. Hermann.): „σκληρὸς καὶ διαυγής. Πάριος λίθος." — Strab., XVII. p. 830 (Casaub.) et Solin., polyhistor., LII. (v. § 8, nott. 7 et 5), Schol. in Dion. Perieg., v. 329 et Eustath., comment. in Dion. Perieg., v. 327 (v. § 8, not. 4) quae faciunt verba, satis docent, quo modo confuderint veteres nomina, ut gemmae cuidam, quae vocatur λύχνις, tribuant marmoris nomen λυχνίτης, de qua re § 8 fusius tractabimus. — Quod ad recentiores scriptores attinet, Thierschius [cuius commentatio vulgabatur ante Fiedleri opus laudatum] l. c., p. 591 easdem quidem tribuit laudes marmori, sed, quid significet nomen λυχνεύς, minime neglexit, ut satis perspici licet ex ipsius verbis quae supra attulimus, nec Tournefortius (l. c., p. 77, a) hoc non fecit.

[14]) Id nihil inepti prae se ferre, cum ex Thierschii (l. c., p. 591) Rossiique (l. c., I. p. 50) quae supra adhibuimus verbis, tum ex Fiedleri ipsius testimonio colligere licet, qui l. c., II. p. 186 affirmat: „Der statuarische Marmor von Paros, blendend weiss, von mittlem, sehr gleichförmigen Korn, lässt sich auf das feinste bearbeiten und ist halb durchschimmernd."

schen Bau, den ich sogleich erwähnen werde, wurde Marmor bei Lampenschein gehauen."

Quod ad has alteras lapicidinas attinet, quae ex angustis venis in cavum amplum quasi evagantur venisque latis exeunt [15]), easdem tractare crediderim Thierschium, Rossium, Tournefortium ll. cc., quam quidem rem pro verborum obscuritate minime licet diiudicare. Certe et hoc loco, Fiedlero [16]) auctore, marmor erat pulcherrimum, candidissimum, etsi minus pellucidum [17]), quam marmor lapicidinarum vicinarum. Nihilominus quanti aestimaverint veteres harum lapicidinarum marmor, cuius magnas ibi excidebant partes, iam inde colligas, quod lapicidinas instituerunt maximo apparatu summoque impendio lucernis collustrandas.

Nominibus igitur *λίϑος λυχνεύς, λυχνίτης*, lapis lychnites minime notandum est omne marmor Parium, sed marmor tantum quod excidebatur ex duabus optimis istis lapicidinis. Hoc marmor fuisse crediderim, unde tanta insulae exorta sit gloria, et ex quo imagines illas confecerint veteres sculptores pulcerrimas.

Iam satis apparet, quid sibi velit vocabulum „coepere", quo Plinius, l. l., rem sic se habere declarat: ex quo isto modo, i. e. lucernis adhibitis, e venis subterraneis marmor statuarium excidebant, nomine *λυχνίτης* id notare coeperunt. Tempore deinde procedente Graecos, qui se suaque nimis admirabantur, marmoris duarum istarum lapicidinarum praestantiam omni marmori Pario vindicasse concedo, ut simul nomen illud omni marmori Pario tribuerint; quo factum est, ut non accurate totam quidem rem exposuerit Plinius utque vocis vim inferiorum aetatum auctores parum intellexerint.

§. 8.

A marmore, quod dicebatur *λίϑος λυχνεὺς* s. *λυχνίτης*, genere differt **lychnis** illa, in Paro insula non genita, cuius

---

[15]) v. part. I. §. 4, B. IV.

[16]) Fiedler., l. c., II. p. 187 sq.

[17]) Cuius vitii caussas ex Fiedleri verbis attulimus part. I. § 4, B. IV.

mentionem facit Plinius[1]). Quam quidem carbunculis cum adnumeret auctor, vix poteris, quin gemmam lychnidem putes. Affirmat Plinius, hanc gemmam nomen lychnidis duxisse a proprio nitore, quod nomen derivandum est a vocabulo *λύχνος*, lychnus, die Leuchte; — at optimum marmor Parium nomen illud *λ. λυχνεὺς* s. *λυχνίτης* (quod quidem ab eodem vocabulo *λύχνος* derivandum est) non a proprio nitore, sed a luce aliena, i. e. a lucernis, quibus adhibitis excidebatur, duxisse supra demonstravimus; quamquam scriptores inferioris aetatis, quaenam vis utrique nomini esset, ignorabant ideoque nomina confundebant[2]). Ita de hac gemma narrans, cuius nitore tempore nocturno universum templum collustrari Lucianus[3]) affirmat, non dissentiente Dionysio Periegeta[4]),

---

[1]) Plin., l. c., XXXVII. 103 (cap. 7, sect. 29): „Ex eodem genere ardentium est lychnis appellata a lucernarum assensu, tum praecipuae gratiae; nascitur circa Orthosiam totaque Caria ac vicinis locis, sed probatissima in Indis. Quidam remissiorem carbunculum esse dixerunt, secundam bonitate, quae similis esset Iovis appellatis floribus etc.“ — Iovis flores commemorantur ibid., XXI. 67 (cap. 11, sect. 39) et XXI. 59 (cap. 10, sect. 33), ubi afferuntur Iovis flores et flores lychnidis.

[2]) v. § 7, not. 13.

[3]) Lucian., de dea Syr., XXXII: „— λίθον ἐπὶ τῇ κεφαλῇ φορέει, λυχνὶς [melius λύχνις] καλέεται, οὔνομα δέ οἱ τοῦ ἔργου ἡ συντυχίη. ἀπὸ τούτου ἐν νυκτὶ σέλας πολλὸν ἀπολάμπεται, ὑπὸ δέ οἱ καὶ ὁ νηὸς ἅπας οἷον ὑπὸ λύχνοισι φαείνεται· ἐν ἡμέρῃ δὲ τὸ μὲν φέγγος ἀσθενέει.“

[4]) Dion. Perig., v. 328 sq.:

„Φύεται ἀστέριος καλὸς λίθος, οἷά τις ἀστὴρ
Μαρμαίρων, λύχνις τε πυρὸς φλογὶ πάμπαν ὁμοῖος.“

Consentiunt scholiastes et Eustathius nomina quidem item confundentes. — Schol. in Dion. Perieg., v. 329: „Λυχνὶς [λύχνις] δὲ πυρός, ὁ λυχνίτης, ὅν φασι σεληνιακὸν ἔχειν φῶς, καὶ συμφθίνειν τε αὐτῇ καὶ συναυξάνειν, ἀφ᾽ οὗ καὶ σεληνίτην καλοῦσιν.“ — Eustath., comment. in Dion. Perieg., v. 327: „— — Περὶ ἣν [i. e. Παλλήνην καὶ ὄρον καὶ πόλιν Θρᾳκικήν] φύεται, φησίν, ἀστέριος καλὸς λίθος, μαρμαίρων οἷά τις ἀστήρ, καὶ λυχνὶς [λύχνις] πυρὸς φλογὶ πάμπαν ὁμοία [ὁμοῖος], διὸ καὶ λυχνίτης ὁ λίθος λέγεται. Οἱ δὲ καὶ σεληνίτην καλοῦσι τὸν τοιοῦτον λίθον, ἐπειδὴ συμπαθῶς, φασίν, ἔχει τῇ σελήνῃ — — καὶ συμφθίνει τε αὐτῇ καὶ συναύξει.“ — Similia de gemma illa, quam Carchedoniam vocat, tradit Plinius, l. c., XXXVII. 104 (cap. 7, sect. 30): „nascitur ad Nasamonas in montibus, ut incolae putant, imbre divino; inveniuntur ad repercussum lunae maxume plenae etc.“

qui eiusdem nitorem ignis fulgori simillimum dicit, Solinus allucinari videtur[5].

Quodsi Plinius[6] de simillima quadam gemma refert, in Aegypto et Libya nata, quam carchedoniam nominat, probante Strabone[7], qui quidem nomina confundit; quo modo hic lapis differat a lychnide, Plinius non habuisse videtur, quod diceret, addens: „Potoria ex hac [i. e. carchedonia] et ex lychnide[8]) factitata invenio, omnia autem haec genera contumaciter scalpturae resistunt partemque in signo cerae tenent.“ *Ὁ λύχνις*, ut scribendum censeo pro *ἡ λυχνίς*[9]), gemma erat. Quare vix crediderim, e lychnide potoria esse sculpta, nec vero magis e marmore illo, licet purissimo ac pellucido, quod dicebatur *λίθος λυχνεὺς* s. *λυχναῖος* s. *λυχνέος* s. *λυχνίτης*; immo Vatero[10]) auctore, quae Plinius l. c. de „lychnide“ eiusque usu tradit, ad „lygdinum“ referenda videntur, ut pro „potoria ex — lychnide [s. lychnite] factitata“ corrigendum censeamus „potoria ex — lygdino factitata.“

§. 9.

Num singularis marmoris Parii species an aliud quoddam marmoris genus fuerit, quod saepius commemoratur, **lygdos** s. lapis lygdinus, *ὁ λίθος λύγδινος* s. *ἡ λύγδος*, diiudicare

---

[5]) Solin., polyhistor., LII (edit. cit., I. p. 59, E): „Lychniten perinde fert India, cuius lucis vigorem ardor excitat lucernarum, qua ex causa lychniten Graeci vocaverunt.“

[6]) Plin., l. c., XXXVII. 104 (cap. 7, sect. 30).

[7]) Strab., XVII. p. 830 (Casaub.) gemmas quasdam in Libya nasci tradit, quae Καρχηδόνιοι et lychnitae dicantur: „ἐν μὲν οὖν τῇ παρορείῳ λίθους εὑρίσκεσθαί φασι τοὺς λυχνίτας καὶ καρχηδονίους λεγομένους.“

[8]) In codd. Vindobon. II, Monacens., Parisiens. 6801 legitur „lychnite“. De eadem gemma quae apud Schol. in Dion. Perieg. et Eustath. comment. in Dion. Perieg. ll. cc. appellatur λύχνις, Plinius disserere videtur, ut ex eis suspicari licet, quae similia e tribus auctoribus attulimus in not. 4.

[9]) cf. Eustath., comment. in Dion Perieg., l. c.: „Τὸ δὲ λυχνίς τινες καὶ βαρύνουσι καὶ ἀρσενικὸν εἶναι λέγουσιν ὄνομα, γράφοντες· λύχνις πυρὸς φλογὶ πάμπαν ὁμοῖος.“ — Quare, ne confundatur gemma cum flore isto eiusdem nominis, hanc scribendi rationem recipere iuvat, ut gemmam notemus vocabulo „ὁ λύχνις“, vocabulo „ἡ λυχνίς“ florem lychnidis.

[10]) Vater., l. c., p. 285, b, not. 89.

ausi non sumus. Lapidem lygdinum confundendum esse nec cum universo marmore Pario, nec cum marmore illo, quod dicebatur *λίθος λυχνεύς*, ex eis, quae de eo tradidit Plinius, colligi posse crediderim, ut erraverit Rossius [1]), nomina confundens. Plinius [2]): „Paulum," ait, „distare ab eo [a lapide alabastrite quem vocant] in unguentorum fide multi existumant lygdinos [3]) in Paro repertos amplitudine qua lancis craterasque non excedant, antea ex Arabia tantum advehi solitos, candoris eximii." Rectissime observavit ad citatum hunc locum Vaterus [4]): „Aus diesen Worten ist klar, dass der Lygdos nicht der gewöhnliche parische Marmor sein könne, da dieser sowol den Alten früher als Arabien bekannt war, als auch zu Kunstwerken von bedeutender Grösse benutzt wurde."

Scriptores inferioris aetatis lapidem lygdinum cum marmore Pario confudisse, moneo [5]). Candidissimum eum fuisse, cum Plinii testimonio tum aliis poetarum laudibus probatur. Anacreon, ubi studiosius depingit amicae venustatem, cervices teneras laudat „*λύγδινον τράχηλον* [6])". Ut aquae Marciae amoenitatem describat, Martialis [7]) eam cum candido lapide

---

[1]) Ross., l. c., I. p. 50: „Die Beschaffenheit der Brüche macht es einleuchtend, dass Plinius und andere Alte Recht haben, wenn sie den Namen dieser besten Marmorart — λυχνίτης, λυχνέος, Παρία λύγδος — davon herleiten, dass der Stein bei Lampenlicht gebrochen wurde u. s. w." Sed ibid., not. 12, dubitatio ei affertur, num recte comparentur ea nomina. — v. not. 3.

[2]) Plin., l. c., XXXVI. 62 (cap. 8, sect. 13).

[3]) In cod. Paris. 6801 legitur „lychnites".

[4]) Vater., l. c., p. 285, b.

[5]) cf. Schol. in Pind., Nem., IV. 81 (129): „Πάριος δὲ λίθος ἐστὶν ὁ καλούμενος λύγδινος." — Diodor., II. 52: „— ἡ Παρία λύγδος κτλ." — Hesych., s. v.: „Λύγδος λίθος· εἰς ζῴδια ἢ ὁ Πάριος." — v. not. 9.

[6]) cf. Anacreont., carm., XXVIII. 27. Quae verba idem volunt, quod eiusd., carm., XXIX. 29: „ἐλεφάντινος τράχηλος."

[7]) Martial., epigram., VI. 42, 19—21:

„Quae tam candida, tam serena lucet,
Ut nullas ibi suspiceris undas
Et credas vacuam nitere Lygdon."

lygdino comparat. Idem „candidam Lygdon“ eum nominat[8]), quem Servius laudat „lapidem candidissimum[9]).“

Statuam e lapide lygdino factam commemorat Martialis[10]). Nympharum pallia ex eodem lapide Praxitelem sculpsisse, anacyclicon quoddam[11]) docet. Num ex hoc lapide statuas totas fecerint veteres, alii disceptent. Si Plinii locum [not. 2] citatum et verba „lancis craterasque non excedant“ respicis, Martialem voces λυχνεὺς et λύγδος confudisse suspiceris. Hunc quoque lapidem ex luce nomen cepisse [ex λύκη] patet; sed alia quadam ratione, puto, quam illum, et a suo ipsius candore. Praestantissimum et candidissimum marmor Parium lygdum esse vocatum, loci veterum allati videntur probare.

Heynium recte Vaterus[12]) reprehendit, quod Marpessi partem Lygdum nominatam esse contendat[13]), eius quidem rei testem Palmerium[14]) excitans, qui tamen et ipse ad istud probandum argumenta attulerit nulla.

---

[8]) cf. Martial., l. c., VI. 13, 3 sq.:

„Candida non tacita respondet imagine Lygdos
Et placido fulget vivus in ore liquor.“

[9]) Serv., comment. in Verg. Aen., I. 593: „Lapis candidissimus est. Lygdinus nomine, qui apud Parum nascitur insulam.“

[10]) v. not. 8.

[11]) cf. Nicomed., anacycl. 4 in Brunck., anal., II. p. 383:

„Πραξιτέλης ἔπλασε Δανάην καὶ φάρεα Νυμφῶν
Λύγδινα, καὶ πέτρης Πᾶν ἐμὲ Πεντελικῆς.
Πεντελικῆς ἐμὲ Πᾶνα πέτρης καὶ Λύγδινα Νυμφῶν
Φάρεα, καὶ Δανάην ἔπλασε Πραξιτέλης.“

[12]) Vater., l. c., p. 285, b.

[13]) cf. Heyne, ad Verg. Aen., VI. 471.

[14]) Palmer. inter interprett. Diodor., I. p. 164 (52).

Tantum quidem de chorographia Pari insulae. Eis quae adhuc disputavimus cum exhausta sit dissertationis nostrae materia, ne in molem libellus crescat academicus, praestat hic subsistere, reliquas autem quae in promptu sunt totius opusculi partes in alius scriptionis opportunitatem iamiam instantem differre.

ADDENDA

ad p. 99, not. 2: cf. Winckelmann, Gesch. der Kunst des Alterth., III. p. XXXVII; VI. 1, p. 52 et 58; VI. 2, p. 91 sq.; VII. 166 sq.

ad p. 99, not. 4: cf. Lucian., Amor., XIII. in — Id., Iup. trag., X. — Winckelmann., l. c., VI. 2, p. 145.